

1763.

1. Geiger, Joannes Burcardus : Ad audiendum orationes
pro capessendo numero iuriam professoris publici
extraordinarii . . . invitat similique de Creta
fidei omnino doceant in praeceas familiarium nobilium
alimentatione dissort.
2. Rudolphus, Joannes Christopherus : De crimibus
selictorum carnis ut plorium accessories.
3. Praetorius, Christopherus Daniel : De origine prin-
cipum etiamque successione in territorium imperii
Germanici.
4. Zindel, Joannes Christianus : De ecclesiis cathedrali-
bus.

1764.

1. Geiger, Joannes Burcardus : Ad audiendum orationes pro ca-
pessendo numero iuriam professoris publici ordinarii

... in statuinde de origine et at fatis
jurisconsultorum Romanorum recessit

2. Hanschilt, Joannes Fiduciarius: De fructibus a
malac fisci possessore restituendis communis
usuris

3. Schierschmidtus, Dr. Tortinus: Progranna ian-
gurale: De usuris ultra quinque liceit possum.
sis non exigentis . . . Dissertationis in ang. Panditati
Iannus Fiduciarii Hanschilt's de fructibus a malac
fisci possessore restituendis communis usuris
praemissum.

4. Schierschmidtus, Joannes Tortinus: De testamento
crem solo justic non conficiend.

5. Schierschmidtus, Joannes Tortinus: De justic
philosopho.

6. Seutter de Loczen, Maltheus: De jure navalium,
nei mercatoribus, nei aliis cirosbus, sed nautis
et opificiis, lib. et imp. civitatis Lindenziae,
in mari Sacro seu laco Bodanico iusta statuta
proposita et solitariae competente, cum conexis.

1765.

1. Rossmannus, Andreas Elias: De laboribus est cura
prostas ex more Augstantia.

2. Rossmannus, Andreas Elias: De valore cambiis in
imperio

1766,

1. Schierschmidius, Dr. Tschirnus: De interpretatione
contra eum facienda qui clarius loqui debent?

2. Schierschmidius, Dr. Tschirnus: De dannis missis
vasallis oppigerando fundo consensum potentibus
non difficili.

P 284

P. L. 25.
Pub. 3. num. II.

DISPVTATIO. IN AVGVRALIS
QVAESTIONES. CONTINENS. SELECTAS

DE

ORIGINE. PRINCIPVM. EORVM
QUE. SVCCESSEON. IN. TERRITORIVM
IMPERII. GERMANICI

QVAM

D. 103.
DEO. DANTE
RECTORE. ACADEMIAE. MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO

DOMINO

FRIDERICO. CHRISTIANO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO. BORVSSIAE
SILESIAE. DVCE. REL. BVRGGRAVIO
NORIMBERGAE. REL.

EX. DECRETO. ET. AVCTORITATE
ILLVSTRIS. IVRE. FCTORVM. ORDINIS
IN. ALMA. FRIDERICIANA. ERLANGENSI

SVMMIS. IN VTR. QUE. IVRE. DOCTORIS
HONORIBVS. IMMVNITATIBVS. AC. PRIVILEGIIS
LEGITIME. OBTINENDIS

SIBI. DEFENDENDAM. PROPOSUIT

AVCTOR

CHRISTOPHORVS. DANIEL. PRAETORIVS

COBVRGENSIS

ERLANGAE. d. XX. Sept. MDCCCLXIII
COBVRGI. IMPENSIS. FINDEISII



SERENISSIMI. PRINCIPIS

AC. DOMINI

D O M I N I

GEORGII. LUDOVICI

DVCIS. HOLSATIAE

RELIQVA. RELIQVA

FILIIS. SERENISSIMIS

PRIMOGENITO. PRINCIPI. SERENISSIMO

AC. DOMINO

D O M I N O

GWILIELMO. AVGUSTO

DVCI. HOLSATIAE. RELIQVA

ORDINVM. SERAPHIN. ET S. ANNAE

EQVITL. RELIQVA

SERENNISIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINA

GEORGII LADONIEI

DAEIS HOLSTATAE

MELICIA ELLIGIA

FILII SERENNISIMI

PRINCOPII. PRINCIPI SERENNISIMO

AC DOMINI

DOMINO

CAHTELMO. AGASTO

DAEIS HOLSTATAE

GDINIA SILENTIN ET Z ANNE

TETATI

PRINCIPIBVS SERENISSIMIS

NEC. NON

PRINCIPI. SERENISSIMO. AC. DOMINO

D O M I N O

P E T R O. F R I D E R I C O
L V D O V I C O

D V C I. H O L S A T I A E. R E L I Q V A

O R D. S. A N N A E. E Q V I T I. R E L I Q V A

PRINCIPIBVS. AC. DOMINIS. MEIS
INDVLGENTISSLIMIS

PRINCIPIA AC DOMINI MIS
INDAEGENTISSIMIS

650 & MINIMA EQUITATI PELLICIA
DACL HORSEHIDE PELLICIA

PETRO. FRIEDERICIO
FADOLICO

PRINCIP. SERENISSIMO AC DOMINO
DOMINO

NEC NON

PRINCIPES. SERENISSIMI
DOMINI INDVLGENTISSIMI

Si, quod miki iam denegasse natura videtur, per
summam, quam augustis VESTRIS NO-
MINIBVS debo, venerationem, liceret, praestantissi-
mas ingeniorum dotes, quibus VOS iam ipsa natura vide-
tur ad magna in posterum splendida que facinora finxisse,



stu-

PRINCIPES SERENISSIMI

DOMINI INDAGENISSIMI

studium illud, quo, quam longe patet, optimarum litterarum stadium emetiri contenditis, atque ipsos felicissimos VESTROS in omni eruditionis genere progressus, si ista omnia, inquam, liceret, iis, quibus fas est, laudibus celebrare, haberem sane amplissimum campum, in quo excurrerent hae litterulae, quibus libellum hunc qualemcumque audeo in praesenti VESTRIS, SERENISSIMI PRINCIPES, NOMINIBVS sacrare, in quo nescio an eximii aliquid reperiatur, praeter NOMINA VESTRA in fronte posita. Sed ut taceam tantum abesse, ut VESTRIS, SERENISSIMI PRINCIPES, laudibus praedicandis par sim existimandus, ut mihi potius verendum sit, ne impudentiae alicuius notam incurram, laudatoris, quem maxime fugitis, munere functurus, sunt
alia

alia longe maiora, quibus ducor, an dicam trabor ad hos
qualescumque ingenii foetus, VESTRIS, SERENIS.
SIMI PRINCIPES, NOMINIBVS dicandos. Quod-
si enim beneficia, ut quaeque maxima sunt, ita maxime
deuinctos reddere soleant animos, quid est, quod obster,
quo minus equidem grati animi munere quodammodo de-
fungi annitar, praesertim quam in maximis beneficiis at-
que summis honoribus id miki omnino numerandum sit,
quod PATER VESTER DVX SERENISSIMVS
atque indulgentissimus fautor ac tutor litteratorum non mi-
nus quam ipse litteratissimus, me olim non indignum habue-
rit, cuius disciplinae atque institutioni VOS, SERENIS.
SIMI PRINCIPES, crederet, et quam VESTRA
quaque gratia in me olim collata summa et gratissimae et

^{autem}
CHRISTOPHERVS DAVIED

LITERATVIA

maxi-

*maxime piae mentis documenta postulet. Adspicite igitur,
quae so atque oro, fronte, qua soletis, serenissima, exiguo
hos conatus, atque finite, ut pro summa totius VESTRAE
SERENISSIMAE DOMVS incolumitate atque pro-
speritate vota nunquam non ardentissima nuncupans sim at-
que permaneam*

*PRINCIPES SERENISSIMI
DOMINI INDVLGENTISSIMI
SERENITATIS VESTRAE*

deuotus
CHRISTOPHORVS DANIEL
PRAETORIVS.

STATI
CONSPPECTVS
DISPV TATIONIS

PARS I
DE ORIGINE PRINCIPVM

CAPVT I

FATA. DVCVM. COMITVM. QVE. VSQVE AD. NA-
TALES. SVPERIORITATIS. TERRITORIALIS
CHRONOLOGICA.

- §. I. *Rei iudicariæ in Germania, in unam rem publicam non-dum conflata, forma ante oculos ponitur.*
- §. II. *De Fatis Ducum apud Salios.*
- §. III. *Provinciarum per Duces administratio, Carolo M. regnante, in defuetudinem abiit.*
- §. IV. *Ducibus in terris Ducalibus pristina restituitur dignitas.*
- §. V. *Qua ratione Ducibus, vicariis Regumque administris in territorio potestas facta sit hereditaria, et tandem in feodum data, demonstratur.*

CAPVT II

DE VESTIGIIS. SVPERIORITATIS. TERRITORIALIS
EIVS. QVE. ORIGINE

- §. I. *Reipublicae Germanicae tempore interregni M. facies.*
- §. II. *Rudolpho I. Imperatore electo, pax sequitur.*

PARS I

PARS II

P A R S II
DE SVCCESIONE PRINCIPVM IN FEODA
IMPERII CVM SVPERIORITATE
TERRITORIALI

- §. I. *Feoda Imperij diuidi inter liberos solebant.*
§. II. *Introducitur Primogenitura.*
§. III. *De iis, quae primogenituram validam reddunt, requisitis.*
§. IV. *De iure primigenij dubio.*
§. V. *Qua lege atque conditione primigenius succedit, eadem quoque obstrictus dijudicatur.*
§. VI. *Modus succedendi iure primogeniturae.*
§. VII. *Qua conditione primigenius iuris sui impotens fiat, disquiritur.*
§. VIII. *Renunciatio iuris primogeniturae est personalissima.*
§. IX. *De Apanagio et Paragio.*
§. X. *De successione ex Maioratu, Minoratu, et Senioratu.*
§. XI. *De successione agnatorum, atque de iis, quibus via ad successionem de iure est interclusa.*
§. XII. *Liberi ex disparagio nati a feodo imperii regulariter arcentur.*
§. XIII. *Quando liberi ex disparagio nati succedant, quaeritur?*
§. XIV. *De iis, qui ex matrimonio, Lege Salica contracto, nascentur, pauca monentur.*
§. XV. *De successione Ducum in Allodium.*
§. XVI. *Feminarum Princepum successio in feoda est subsidiaria.*
§. XVII. *De Successione Principum Clericorum in territoria.*

P A R S I



P A R S . I
D E . O R I G I N E . P R I N C I P V M

C A P . I

FATA. DVCVM. COMITVM. QVE. VSQVE. AD. NA-
TALES. SVPERIORITATIS. TERRITORIALIS
CHRONOLOGICA

§. I.

*Rei iudicariae in Germania, in unam rempublicam nondum
conflata, forma ante oculos ponitur.*



A tequam Germanorum confoederatorum con-
fluxus in Germania libera ciuitatis formam in-
duerat, eos ad defendendam patriae salutem
necessitate quadam adductos, elegisse sibi
Ducem, virtute spectabilem, eumque exercitui praefecisse, quam
diu commune imminuisset periculum, TACITVS, 1) qui aliquot
annos fiscum Imperatoris in Gallia Belgica procurauit, seu ut
DIO CASSIVS 2) hoc rationalis officium exprimit τὰ αὐτοκρα-
τικὰ Χερματα διουεῖν, testatur. Quicunque ex iuris publici

A

vni

§. I. 1) de morib. Germ, c. XL.

2) Lib. XLVIII.

vniuersalis principiis cognitum habet, quo modo ciuale imperium constituantur; is tantum abest, vt inter Germanos ciuale fuisse imperium putet, vt eos potius existimet, communis societatis pacitiae vinculo inter se fuisse ita coniunctos, vt in pace consuetudini, in bello utilitati parerent. Etenim omnes eorum consuetudines per pacta sunt introductae. Quo arctius vero acquisito iure perfecto sive hypotheticō, quod vocant, mutuae defensionis causa inter se continentur; factum est sensim paullatimque, vt et iudices, et poenae per pacta mutua constuerentur, et quae olim inualuerant consuetudines, vim legum consequerentur. Quas tamen multum abhorruisse a Romanorum consuetudinibus, TACITVS, I. CAESAR, aliquie veteres tradunt, qui si de Germanorum Ducibus ac Regibus loquuntur, notandum est, eos in comitiis quidem electos, post belli periculum vitam iterum egisse priuatam. Ita enim CAESAR 3) in pace nullus communis magistratus, ait, sed principes regionum ac pagorum inter suos ius dicunt, controversiasque minuunt. In pace singulis Germanorum populis sua viique iudicia, ad formam libertatis, virtute stabilitae, attemperata, neutiquam defuerunt. Quemadmodum enim mos fuit in comitiis de bello paceque agere, ita etiam publice constituebantur Principes et Comites per aetatem pariter ac multarum rerum usum conspicui, 4) priscarumque consuetudinum non ignari, quorum adeoque sententiae atque consilia quandam haberent maturitatem quasi ac senectutem, id quod etiam cum Grauionum, quod gerebant, nomine

3) de bello Gallico Lib. VI. c. 27.

4) Auctore SIDONIO APOLLIN. in Paneg. Auito Aug. Socero dicto Carm. VII. v. 453. Et ipsam canitatem muneric grauitati

causam et nomen dedisse, rectius demonstrat FRID. BRUMMERVS in Exercitat. de Scabiniis c. 3. §. 5. Vid. et IO. GE, WACHTERI Gloffarium voc. Graf.

mine conuenit. Quos et per pagos, 5) plures in vicos distributos, constat, exemplo magis, quam imperio dedisse iura, et sententia, modo litis dirimendae simplici, dicta, in subsidium admisso probationem per certamen singulare, ita ut armis lis finiretur, quare in viribus ius habuisse Germanos, ait POMPO-NIVS MELA. 6) At iudiciis ciuilibus quum non possent omnibus ipsis praefesse, eis adiuncti postea sunt tanquam satellites atque ministri Scauini, vel Rachimburgii, nec non Sagibarones. Vti Germanorum Duces, ita omnes huiusmodi indices pro munere stipendium acceperunt paetitium, in pecude consistens, postea pecudis loco, fundum stipendiarium, vt haberent, vnde viuerent. Qualis fundus iurisdictionalis apud nos Sesilehn dictus, a feodis conditionatis, tanquam forma (species) a genere differt, 7) atque hodie in perpetuis numeratur, transitusque de more recepto ad masculos heredes. 8) Ab initio iudices, aliquie Guas-falli sive ministeriales potuerant tamdiu percipere fructus, quamdiu tali officio publico fungebantur, 9) id quod etiam in feodis, stipendiis loco concessis, locum apud Germanos habuit. 10) Ad iudicia autem criminalia habenda, conuocatum est collegium centumvirale, paclis constitutum, Germanorum lingua a centum suffragiis Hundreda dictum, qui, ut cum Romanis loquamur, Senatus Princeps *κατ' εξοχήν* dictus, primum suffragii locum sive praerogatiuum habuit. 11) Etsi vero Ducum Comitumque no-

A 2

mina

5) CHRONIC. GOTHWIC. Lib. IV. p. 557-881. HONTHEMII Hisp. Tren. I, 54. SCHOEFLIN. Alfat. I, 622. De pagis autem in primis enarrantur plura a CHRIST. FRANC. PAVLLINI.

6) de Situ Orb. Lib. III. c. 3.

7) Vid. STEV. Elem. Inv. Fend. Cap. V. §. XI. p. 116.

8) Conf. SCHILTER. ad Cap. CXI. Inv. Alemann. §. 2.

9) Vid. JVS. ALEMANN. Cap. CXI.

10) Vid. KAHЛИVS de feodo Advocati.

11) Conf. HERM. ADOLPH. MEINDERS. de indic. centen. Res itaque ipsa haud docet, in capite 12. TACITI de mor. Germ. pro cen-

mina a Romanis profecta; tamen egregie errabit, si quis Germanorum Dukes cum Romanis comparet, pariter ac is, qui Panderatarum titulum de officio consulis, ad nostros consules hodier nos applicet. Ita nimurum Langobardis, germanica aliqua natione, circa an. DLXVIII. Alboino duce Italiam inuadentibus, ¹²⁾ Dux Romanus in terra Romana ducali sedem habens, nullis cum imperio legionibus praefuit, imo in cauiss tantum ciuilibus iudicariis, Vicarius atque Legatus fuit Exarchae Rauennatenis, sine Praefecti Praetorio Orientis, quocum nulla germanico duci fuit similitudo. ¹³⁾ Quo maius vero cuiusvis populi Germanici societas prouinciis, populisque deuictis ceperat incrementum; eo propius quasi accellit ad Reipublicae formam, donec inciperet Ducibus parere. Etenim inter omnes antiquos illos Germanorum populos minores, hacc rerum obtinuit vicissitudo, ut vnu ab altero sensim pedetentimque subigeretur, adeoque factum est, *ut tempore Theodosii M. Imperatoris inter eos praeccipue no-*

tan-

*centeni legendum esse certi ex substitutione
ERVMMERI de Scabiniis c. 6. CONRIN-
GII de Or. Int. Germ. c. 7. p. 29. HERTI
Not. Vct. Germ. pop. P. I c. 4. P. III. c. 7.
et KIRCHMAIERI ad Tacit. h. I quemque
GRONOVIVS in Edit. Tacit. de mor. Germ.
T. II. p. 610. etiam sequi videtur. Neque
probari potest ex hoc all. capite XII. Taciti,
quod omnes pobiles fuerint Principes Vid.
STRVßen. Neben Stunden P. II. p. 424.
in der Abhandlung von Landesfanden.*

¹²⁾ Vid. PAULVS DIAC. de geslis Longobard. Lib. II. c. 9.

¹³⁾ Differentiam Ducum Germanorum inter et Romanorum vt vniuers exponamus, e re esse videtur. Diocletiani tempore imperium Romanum fuisse in prouincias diuisionem, quam quidem prouinciarum diuisionem sedisse originem quatuor Praefecturis, quas Constantinus M. inituit, conitat ex VICTOR.

*de Caesaribus c. 39. et ZOSIM. Hist. Lib. II.
c. 33. Quinis Praetorio Praefectus propriam
certamque habuit sedem, in qua vii e. g.
Praefectus Praet. Galliarum in Metropoli
Augula Treuitorum, cauiss, ad suum tribu-
mal delatas, ad ius Romanum componuit.
Quae libet autem prefectura praetoria in varia
subdiuinas iterum descripta fuit prouincias,
in quibus singulis prouinciis a Praefecto
Praetorio constitutas fuit vicarius s. com-
misarius, qui saltem denunciasceret, si quid no-
vi accidere, qualisque nuntius in Pandecte
Legati nomine veniens, Dux quoque dice-
batur. Sed, quod probi norandum, nullum
habuit imperium demandatum, neque ciuile,
neque militare, quippe quod penes eum fo-
lum modo fuit, quem Praefectus Praetorio
cuiusvis subdiuinae prouinciae legionibus
praefecit, qui vero neutiquam Dux, sed po-
tius Magister dicebatur equum.*

tandi viderentur Frisi, Saxones, Alemani, Suevi, atque Bauari. Imperio autem Romano in plures Praefecturas Praetorianas descripto; populis germanicis maioribus occasio in primis facta est Praefecturas Romanas inquadendi. Nam sub Honorio, Imperatore, constat, Stiliconem, natu Vandalum, Praetorio fuisse Praefectum, atque inter milites praetorianos Imperatorum multos stipendia fecisse Germanos, eosque hac re plurimos inuitatos quasi fuisse ad emigrationes. Et denique contigit maioribus Germaniae populis noua instituere regna, atque e Ducum numero Reges creare. Inter eos, qui in Provincias Romanas emigrarent, primi fuisse Franci traduntur, post Visigothi, Ostrogothi, Vandali, Anglo-Saxones, Heruli, Burgundiones, et denique Langobardi.

§. II.

De fatis Ducum apud Salios.

Franci, germanica natio, quorum iam sub Gordianis fit mentio ab historicis, 1) ex Maurungania sive Moringauia, 2) (*Meergau, Marschland*) a vicinis Saxonibus 3) depulsi, Rhenum ad Duisburgum transiunt, in locis, a Chamauis 4) derelictis, sedem fixam fecerunt, nomenque Franciae considerunt, 5) ut populi tributarii diu quiete in Toxandria insula non scriptis con-

A 3

sue-

§. II. 1) Vid. Conf. TH. BERGERI *Syn-*
cbr. Tab. VIII. art. 3. n. b.

2) Ita *GEOGRAPHVS RAVENNAs Lib.*
I. c. II. refert: --- *Maurungania* --- in
qua patria Albit per multis annos Francorum
linea remorata est. Quod uberioris explicatum
legitur in *GVNDLINGIANIS P. III. n. 2.*
et P. IX. n. 1.

3) Saxones tunc temporis Dithmarsiam,
Holstiam, Stormariamque incolentes, Fran-
cis fuisse vicinos affirmat A.M. MARCELLI-
NVS *Historiar. Lib. XXVII. c. VIII.*

4) Ita in *TAB. PEUTINGERIANA*
CHAMAVI, QVI ET. FRANCI.

5) Conf. I.O. IAC. MASCOVIL *Geschichte*
der Teutschen Lib. V. p. m. 165.

suetudinibus vitam transigentes. 6) Cui quidem rei fidem facit ZOSIMVS 7) aiens: τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἢν δίκαια σχέσιμος οὐρανὸς νῆσον ποιεῖ, πάσης ποτυμίας μείζονα νῆσου, τῷ Σαλίων ἑδνος, Φεργύνων ἀπόμοιον ἐκ της οἰνσιας χάρας ὑπὸ Σαλίων εἰς τάυτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλον. ἀντὶ δὲ οὐ νῆσος οὐσα πρότερον πᾶσα γαματῶν, τότε ὑπὸ Σαλίων πατεῖχετο. Et ad pulsis ad Bataviam natibus, quam diuisus Rhenus insulam efficit, quauis insula fluminea maiorem, Saliorum nationem, Francorum a parte profectam, et vi Saxonum in hanc insulam suis e sedibus reieclam expulerunt. Haec insula in uniuersum Romanis parens, a Salis hoc tempore possidebatur. Salii hi Franci semper appetentes gloriae praeter caeteras gentes fuerunt, quippe qui, quo felicius consequerentur armis gloriam inter omnes Germaniae populos, Ducum suorum auctoritatem, eamque pacis constitutam abrogantes, post Marcomiri obitum an. ~~coccxix.~~ societatis suae pacificiae formam in imperium singulare mutasse primi videntur. Etenim quis est, quem fugiat, Pharamundum, Marcomiri defuncti filium, cum imperio ciuili Ducem Monarcham fuisse ab iis denominatum? 8) qui, quum ingenio esset praeditus longe excellentissimo, ita regnauit, vt in latebris Toxandriae nollet occultus iacere, sed cuperet e loco obscuriori emergere, atque in Gal-

6) Et exinde explicatur locus A M. M. MARCELLINI Lib. XVII. c. 8. ita dicentes: --- eos videlicet, quos consuetudo Salis appellant, auctor olim in Romano solo apud Toxandriam locum, habitacula sibi figure prælictenter.

7) Hist. Lib. III. c. 6. p. m. 253. ex recens. FR. SYLBURGIL.

8) Ita enim loquitur AVCTOR de gestis Francor. p. 693. Tunc defuncto Sunnone et accepto consilio, in uno primariae eorum unum

habere principem, petierunt consilium a Marcomiro, vt regem viuum haberent, sicut et cætærae gentes. At ille dedit eis consilium, vt eligerent Pharamundum filium ipsius Marcomiri. Et HADRI. VALESIVS Vetus Francior. T. I. p. 120. Hoc solum affirmare possumus. Inquit, si Honorio XI. et Constantio II. Coll. regnauit Pharamundus ceperit, principatu eius, et fortissimam etiama dudu. Francos in Galliam eruptionem fecisse, et Augustum Treverorum tertianum captum diripiisse, ac incendiisse.

Galliae Belgicæ Romanae luce quasi versari. 9) Cui postea populo Francico, quod mirum est, sensim paullatimque contigit, totam regionem inter siluam Carboniam, 10) et Mosam fluviū usque ad Frisionum fines se porrigitem occupare, suoque imperio subiicere, ut taceamus, quod iam antea an. ccccclxxxvi. pulso Syagrio Romani, quicquid in Gallia possederant, amiserint. Quo pacto regnum Francicum coepit altas agere radices, et magis magisque crevit, pluribus subinde prouinciis sub potestatem redactis. Quas igitur quo magis ab hostium incursionibus reges legionum ope defendenter, eo miserunt praefectos militares, siue cum imperio militari duces. 11) Cum huiusmodi Duxis officio postea sub Germanorum regibus ex vetustis omnium populorum Germanicorum et potissimum Francorum institutis, fuit coniuncta *aduocatio monasteriorum*, 12) quae ut alia regni officia ducibus cum praediis addictis iuribusque fuit in feodum concessa, temporisque tractu ad successores simul cum hereditate transiit.

§. III.

*Prouinciarum per Duces administratio Carolo M. regnante,
in desuetudinem abiit.*

Quemadmodum iudicium Palati siue Maiorum Domus, a graecis τῶν κυρωπαλατῶν nomine appellatorum auctoritas ad summum crevit; 1) ita etiam Duces de potestate sua augenda pari-

9) Vid. BONTHEM. *Bif. Tren.* I, 15.

10) Quo tempore Francos circa Carbonianum habitatuisse, docent ANNALES METENSES ad an. 687.

11) Conf. III. 10. STEPH. PÜTTERI *Staatsveränderungen des Teutschen Reichs* p. m. 41.

12) Vid. 10. IAC. MASCOVII *Ius publ. Imp. Lib.* IV. c. V. § VII. p. m. 260.

§. III. 1) Ita enim EGILWARDVS in vita S. Burchardi Episcopi Heribip. I, 2. c. 1. apud SVRIVM de vitis sanctor. p. 217. de Childecici aetate loquitur: Nam et opes et potentia regni

VIII

pariter cogitasse videntur. Factum hinc est, ut Carolus M. ad regimen perductus, id potissimum sibi agendum esse existimaret; ut imperiosorum Maiorum Domus auctoritatem, potestatemque infringenter, ne dignitas imperii, salusque, in discriumen veniret, sed potius sui ipsius conseruationi consuleretur, quia vti **ANTIMACHIAVELLVS** ait: 2) *C'est une maxime certaine, qu'il vaut mieux prévenir, que d'être prévenu:* Idem igitur, ne a Ducibus in prouinciis siue Generalatibus cum imperio versantibus, vllum metuendum haberet periculum, e re sua esse putauit, in quoouis Generalatu siue terra ducali, Ducum loco, plures constituere comites, qui omnes ciuiles pariter ac militares cauñas, per totam terram ducalem administrarent. 3) *Cui instituto quam maxime videntur motus Tassilonis ansam dedisse, cuius Generalatus Bauaricus est a Carolo M. in Comitatus XII. descriptus.* 4) Et subinde *Camerae Nuntios atque Missos regios s. Dominicos misit Imperator in prouincias atque municipia extra ordinem,* qui in Comitum officia inquirerent, cauñas coram Episcoporum, pariter ac Comitum tribunal non satis transactas compонerent, omnes in vniuersum quaestiones cognoscerent, 5) neque minus vecti-

regni penes Palatiū praefectos, qui Maiores do-
minū dicebantur, et op̄d quorū summa imperii
pertinebat: nec aliud quicquam pertinebat
regi, quam ut regio tantum nominē contentus,
erit perfulvo, verba submissa, in sallo resideret,
ac spectaculo dominantis effugeret. Quare lo-
co Maiorum Domus, Anglis Lord Mairie a
Carolo M. sapienter constituti sunt comites
*Palaciū, quorum officium **BINCARVS***
Epliſ. III. ad Ludionem Balbum ita deleri-
bit: Comitis Palatiū ait, de omnibus sculari-
bis canſtri vel iudicis ſufcipiendis curam inſtan-
ter habebat, ut ne feculores prius Dominum
Regem abigne eius confutare neceſſe
*habearent. Add quoque **EGINHARD** in vita*
Carol. M. apud FREHER. script. ver. Franc. p.141.

2) Cap. XXVI.

3) Vid. **PFEFFINGER**, ad *Vitr.* II. 86.
 et **PÜTTERI** *Stanswer. der Teuts. Reichs*
 p. m. 67. Attamen terrarum ducalium diui-
 nionem quasi circulalem, band mutatę vide-
 tur Carolus M. Neque Ducum ex feodis
 suis propriis viventium, lioris dignitas sui
 ordinis, nec Ducis nomen ademptum fuit.

4) AVCTORE *Annaſium Francor.* apud
REVERVM p. 16.

5) Vid. **FRANCISCVS de ROYE de Miſſi**
 si dominicis corumque officio et potestate
 opus: *Andegani au. 1642. emiſſum, quod*
 curae **I. WEND. NEVHAYSSII** Lipl. re-
 cūlum debemus.

vestigalia, censumque regium colligerent. 6) Quorum, quos vocant, Missorum, hoc etiam fuit officium, ut omnium feodarium, pariter atque allodialium curam haberent, talique modo cauerent, ne quis ministerialis, vel miles, feodum, ab Imperatore sibi datum, suum diceret allodium, id quod non raro accidisse videtur. 7) Etenim summum quidem fuit regnum Carolingicum, nec ullis circumscriptum limitibus; attamen nunquam euanuit populi auctoritas, 8) quid? quod sub Ludovico Pio ordinum ciuilium pariter atque ecclesiasticorum insolentia adeo insultuit, ut Ludouicum Pium coram populo ita loquentem introduceret PASCHASIVS RADBERTVS: 9) nil sine vestro consilio acturum me prefiteor. Nec sane hoc mirum cuiquam videatur, quia THEGANO teste, 10) profusis quasi largitionibus adeo excellit limites Ludouicus Pius, ut vel ipsas villas regias fidelibus suis in perpetuum truderet. Quibus allodiorum donationibus, prorsusque dissoluta erga secularis pariter ac clerici ordinis Proceres liberalitate, tam mirum in modum auxit eorum insolentiam, ut quidam liber dominus, id est, allodiorum feodorumque solarium possessor, 11) beneficia siue feuda imperii a Ludouico Pio rege acceptare recusaret. 12)

B

§. IV.

6) Conf. CAPITVL. 25. de ann. 823. apud BALVZ. I, 640.

7) Ex CAPITVLAR. Lib. III. cap. 19. 20. vbi Carolus M. ita proponit: auditum se habere, qualiter et Comites, et alii homines, qui nostra beneficia habere videntur, comparant proprietas de ipso nostro beneficio. In GEORG. corp. inv. Germ. p. 1350.

8) Vid. V. III. FUTTERVS I.c. §. 7. p. 69.

9) In vita Walae Lib. II. c. 20.

10) de gestis Ludovici Pii p. 305. edit. Piethoean. iam adhuc, ait, illa pessima confutatio erat, ut ex willismissis servis summi pontificis gerent. Sicque Ludouicum Pium omnino multum contrariisse ad principatum Episcoporum, magis magisque poetae auchum, constat ex HELMOLDI Lib. I. Chron. Slav.

c. 4. cuius verba hanc quoque in rem excipere me non tñdet: amplissimas regni distinctis ad decorum et gloriam ecclesiarum interquens in tantum, ut episcopatus, qui properant regimur regimur principes sunt coeli, ipse Ludouicus Pius cosdem efficeret nibilominus PRINCIPES REGNI.

11) Cuius vocis acceptio ex CAPITVL. apud BALVZ. I, 457. GEORG. corp. inv. Germ. p. 733. ita probatur: In primis dicuntur, quinque beneficia habere videntur, omnes in hostem pertinent. Quicunque liber manus quinque sunt quatuor de proprietate habere videntur, juniperiter in hostem veniat.

12) Cuius exemplum in CHRONICO WEINGART. extat apud LEIENIT. Script. Brunsflic. T. I. p. 782.

§. IV.

Ducibus in terris ducalibus pristina restituitur dignitas.

Mors imperii Carolingici ciuilis, vt ita dicam, a tenuibus initiiis iam iam profecta, post proelium Fontenaicum per quam opportuna penitus erupit, factumque est, vt ex pacto Verodunensi an. DCCCXLIII. tria orirentur sui iuris regna, secundum ius Gentium consideranda, inter quae, Germaniae Franciae Orientalis etiamnum dictae, imperium separatum, nouam quasi vitam ciuilem accepit. Qua vero durante imperii Carolingici distractio ne, mutuaque fratrum inter se discordia, 1) extraneae gentes sunt irruptiones minatae, quas quidem ad propulsandas etiamnum post imperii diuisionem necesse fuit, vt Ducum officium atque auctoritas in prouinciis ducalibus restitueretur, ac res germanica a Venedorum, Slavorum, aliorumque barbarorum ministuta conseruaretur. Accedit igitur, vt Generalatui Thuringico, Ludouicus Germanicus Rex, Thagulfum praeficeret, quem postea an. DCCC.LXXIV. Ratulfus, an. DCCCLXXVII. Poppo, et a munere abdicato Arnulfo an. DCCC.XCII. Burchardus an. denique DCCCCIX. Henricus Auceps administrandum accepit. 2) In Ducatum siue Generalatum Saxonum an. DCCCLIX. Ludolfus cum imperio militari a Rege missus est, cuius filium Brunonem Brunswigum condidisse, memoriae traditum est, eidem Generalatui post Ottонem illustrem Henricus Auceps praefuit. Lotharingiae Generalatum Arnulfus, Francorum Rex, suffragante populo, Zuentepoldo, 3) Luitpaldo Bauariae Generalatum tradidit, 4) antiquo Generalatui Suelico, quem Comites et Camerae Nuntii etiamnum admi-

§. IV. 1) de hisce Ludouici Pii filiorum diuisionibus scripsit NICHARDVS apud FITHOEVUM ad an. 487. p. 477. et apud KALFISIUM quoque et QVERKETANVM.

2) Vid. PFEFFINGER. ad Vitr. II, 31.

3) IDEM. ad Vitr. II, 242.

4) IDEM ad Vitr. II, 408.

administrarunt, an. DCCCCXVII. Dux datus est Burchardus II.,
a quo noua Ducum Sueviae sive Alemanniae series procedit. 5)

§. V.

*Qua ratione Ducibus, Vicariis Regumque administris, in territorio
potestas facta sit hereditaria, et tandem in feodum data,
demonstratur.*

Quemadmodum Germanorum Reges inde usque ab ultimis temporibus, 1) per omnem Germaniam de caussis ciuilibus cognoscendi potestatem in quavis terra ducali *Comiti Palatii*, 2) in alia terra minus ducali, ampliori tamen districtu *Landgrauio*, in praediis denique ac fundis ad castrum pertinentibus, *Burggrauio* demandarunt exercendam; sic etiam omnes Duces sive omnes Generalatum gubernatores generales, non nisi huiusmodi Archi-officiales fuerant, atque Imperii ordines, qui ut a Rege vicario sibi demandatum militare imperium administrarunt, 3) ita postea potestate legislatoria, non absoluta, sed regis

B 2 impe-

5) Cui Burchardo praedia Erchangeri et Bertholdi, quae modo in sicutum redegerat, in beneficium concessit Conradus I. Rex. Conf. IAC. MASCOVII *Comment. de reb. Imp. Rom. Germ. Lib. I. p. 7.*

§. V. 1) Sub Francorum Regibus iam quidem occurserunt Dukes apud populos Germanorum, Principes scilicet gentis suae, qui iura fere omnia veri principatus apud suos tenebant; sed Regibus Franciae nexus beneficii obficii fuerunt. Huiusmodi Dukes antiquissimi fuerunt Alemanniae; Bavariae, Saxoniae, mox quoque Carinthiae, et e Slaonicarum principibus Dukes Bohemiae. Quorum autem antiquissimorum Ducatum Itatus, atque numerus insigniter est mutatus. Nonnulli enim plane interierunt, aut valde immutati sunt. Plures nouiter instituti, quos apte eleganter que indicat MASCOVIVS

in *Tur. Publ. Imp. Lib. IV. c. V.* Quare etiam factum est, ut nomine Ducatus veniat praefectura militaris ex vernis iam Germanorum infinitus et in primis Francorum.

2) *Cont. PETRI PITHOEI obseruatio de comitibus Palatini* tam Germania quam Galliae, quam ex commentariis eius de comitibus Campaniae decerpsum latine edidit MARQUARD. FREHERVS. Et palatii in primis italicica eleganter describit MABILLONIVS in *Suppl. Lib. de re diplom. Cap. IX.*

3) PH. TH. VERPOORTENNIUS Calam. Cob. Prof. olim digniss. oratione quādam publicē habita, eaque typis expresa, affirmavit, Germaniae Duces ius proprium arque hereditarium in suis prouinciis antiquitus cum ipsa dignitate hereditaria statim a Carolo M. ad nosfrā usque tempora habuisse. Hanc suam opinionem exemplo Ducum Saxoniea pro-

imperio circumscripta, praediti fuerunt. 4) Etenim omnia priuilegia, atque officia, quibus Dux unus p[ro] altero postea auctus ornatusque ab Imperatore interdum discessit, quo in genere habenda sunt iura belli et pacis, monetaeque cu[m]dendae, 5) et quae sunt huiusmodi regalia quam plurima, fuerunt singulari Imperatoris gratiae tribuenda. 6) Tum reipublicae salus, eiusque administrationis civilis ratio magis magisque postulauit, vt filius in patris archiossium, ac Ducis munus succederet; iure tamen, quod probe notandum est, non summo, atque perfecto. Näm eti

probare cupit ex VITICHINDI CORBELENS. Lib. I. p. 635. edit. Meibom. Cu[m]ius verba sunt: *Rex autem Conradus, quinque expertus est virutem noui Ducis, veritus est, ei tradere omnem potestatem patris. Iam verba: noui Ducis, fatis arque aperte declarant Verpotennio successionem hereditariam; evidenter huiusmodi interpretationem inanem esse puto. Nullam enim aliorum verbis subiiciendam esse sententiam, nisi quae certis, minimaque dubiis indicis tribu posfit, iam docuit 10. CLERICVS in arte critica P. II. c. II. §. XL. Fiat itaque illorum verborum interpretatio κατ' ἀνάγνωσιν rerum gestarum. Etenim Conradus Rex noluit omni Henrico concedere ea, quae eius pater ex beneficio Regum haberuerat. Vide bellum inter Henricum Saxonum Ducem, et inter Conradi regem Germanorum. Quo in bello autem Henrico se[nt]e in castro Grana continente, infelix re[st]ituta coactus fuit Conradus Rex. Vid. MASCOVII Comen. de reb. Imp. R. Germ. L. I. p. m. 5. Quae cum ita sint, Henrici imperium quidem ad tempus viguisse summum, nemo negabit. Sed quis est, qui modum, quo illud imperium ad tempus obtinuerit, dicat iustum? Er quod si prouinciarum Duces, sive gubernatores illarum, in chronicis appellantur *Duces militum Regis*; huiusmodi verba ex variandis sermonis affectibus scriptorium eius aeratis venire, IDEM laudatus I. c. sibi persuasum habet Verpotennius, quod quidem exinde cupit probare, quod milites Regis a scriptori-*

bus illius temporis nobiles vasalli Regis frequentissime appellati fuerint. O! Scapham Scapham appellarunt. Unde in quadam fundacionis diplomate antiquissimo apud LVG. DEGARIVM LYCERNATVM de se ipse alter dicere non potuit Dux Sueviae, ac: *Ego Wigardus et frater meus Rupertus DVX MILITVM Regis Ludewichi.* Quod deinde Verpotennius suae opinionis argumentum ex Codice Sac. Sam. XV. 4. summe rit, parum laudamus,

4) Conf. III. STRUBEN. Nidenfunden P. III. p. 1. Item MYRATORIUS Geſchichte Italiens P. III. ad an. 598. Neque inutille esse videntur huc verba transcriberi recentiores cuiusdam scriptorius NIC. C. V[S]ANI, Cartinalis, ad Sigismundum Imp. et ad Concil. Bas. Lib. III. c. 29. vbi Ottonis I. et II. tempora ita describit: *Ordinabantur etiam tunc Principes, Duci et Comes constituti debere tanquam officia publica imperiali insubstantes, ad nutram removitatis rationem sui ministerii aerario publico reddentes etc.*

5) Vid. MABILLON. de re diplom. Lib. III. c. I. §. 6. Et ECCARD. Franc. orient. T. II. L. 31. §. 75. p. 483.

6) Ita ex LÜNING. spicil. Eccles. P. II. p. 916. pater. Ottone IV. Imp. in solemnis curia an. 1208. ad quaestione[n]: *num quis sine regia licentia et auctoritate nouum possit instituere telonem?* respondidebat: *quod nullo modo hoc fieri possit, vel debet, et si fallitur fuerit, irritum sit et inane.*

etsi saepissime accidit, ut imperii feoda atque Ducatus in eiusdem familiae filios continuo transferrentur; tamen nondum fuerunt hereditaria. 7) At enim, factum est, ut Seculo X. insolentius, ac praeter consuetudinem quam maxime accidere videretur, si filius ab huiusmodi successione in publicum patris archiosficum, aut filius Comitis a successione in comitatum a patre administratum, excluderetur. Denique hi regis ministeriales praeter ea, quae beneficij nomine tuebantur, bona, etiam alia satis ampla in patrimonio habuerunt, quos igitur hac ratione potentissimos imperii ordines ut Rex sibi amicos, coniunctosque quam maxime redderet; omnem nauauit operam. Id quod qua ratione melius fieri potuit, quam venia ista in officium patris succedendi filiis concessa? Quae quum ita sint, vna cum patrimonio, iure hereditatis, continua successio liberis tandem cessit, magis magisque stabilita, crescente eorum sub Henrico IV. et Ottone IV. arrogantia, 8) quippe cui frenum si iniucire tentasset Imperator; fluctibus ciuilibus locum omnino fecisset. Quod quidem ius modo succedendi hereditario, pari ratione in Italia ad feminas MVRATORIO auctore 9) est translatum. Et factum hoc modo est, ut minus sibi timendam putarent Regis indignationem, quia iam nulla alia ratione iure hereditatis priuari poterant, nisi communi Principum suf-

B 3

fra-

7) Vid. MASCOVII *Comment. de reb. Imp.*
R. Germ. p. m. 260. Valuit ita etiam
num sub Henrico II. Imp. id, quod iam in
Capitulare Caroli Calui de an. 877. tit. 54.
cap. 9. in BALVZ. *Capitol.* T. II. p. 525. le-
gitur hisce verbis: *et pro hoc nullus invictatur,*
si cuncte coniunctione alteri, cui nobis placuerit,
dederimus, quam illi, qui eam habentem prae-
nudit. Similiter et de Vasalliz nostris facien-
dunt. Quicunque itaque a continua Du-
cum successione ad innecessarios hereditati-
rum argumentatur, turpiter omnino errat,
nisi sua sententiae veritatem ex literis fun-

dationis, aut ex aliis diplomatis, fide di-
gnis, demonstrare valeat. Ita enim constat,
ex Augustissima Austriae familia per seculum,
et quod excurrit, nos habuisse Imperatores,
quis vero exinde confirmare iure hereditario
tenere claves Imperii FRANCISCVM inui-
ctissimum Imperatorem?

8) Vid. TH. BERGERI, *Tab. Synchr. hist.*
enbol. XXII. art. 2. n. b.

9) In der *Geschichte von Italien* P. VI. ad
an. 1070.

XIV

fragio durch das Fürstenrecht. Iam vero constat Principes eo
aegrius consensisse in talem iuris priuationem, quo arctiori so-
cietatis, ob mutuam sui defensionem contractae, vinculo inter-
fese continebantur.

C A P. II
DE. VESTIGIIS. SVPERIORITATIS. TERRITORIALIS
EIVS. QVE. ORIGINE

§. I.

Reipublicae Germanicae tempore interregni M. facies.

Qui inter superioris, primaeque nobilitatis ordines antiquitus numerantur, eos proprias possedisse terras ea conditione ac lege, vt nullius potestati amplius essent subiectae, historiae germanicae peritissimus STRUBENIVS multis exemplis docet. 1) Et quis est, qui dubitet, inter spolia maxime opima, clarissimaque praedas, magnas prouinciarum partes ad summos militum praefectos atque Duces etiam hereditatis proprietatisque iure peruenisse? Quibus tandem nouorum agrorum in dies maior adiuncta fuit accellio, ita, vt ob amplitudinem in formulam Comitatus a Regibus atque Imperatoribus saepe redigerentur. Et quis est recentioris historiae adeo imperitus, qui nesciat, Henricum Leonem tantam habuisse auitam hereditatem, vt post tristia eius fata, ad dignitatem ducalem ipsa tandem eueretur? 2)
Cui tantae Ducum potentiae atque auctoritati, ex possessionibus

pro

§. I. 1) In Nischenstunden P. IV p. 62. 1 DEM
in obsernat. Iur. et Hist. Germ. p. 59.

2) Allodium enim nullam fidelitatis legem
praescripsum habet; ideoque tantum ahebet,
vt illud a Friderico I. possisset adimi Hen-
rico Leoni an. 1180. infelici, recte ALBERTO

STAD. ad d. an. et CHRONIC. LÜNEB.
apud LEIBNIT ver. Brunii ad an. 1180.
T. III. p. 174.; vt potius ex illius Henrici
Leonis reliquis bonis atque allodium Fri-
derico II. Imp. an 1235. Ducatus Brunsvic.
et Lüneburg. fuisset institutus.

propriis natae, nunc videbatur nihil amplius deficere, quam superioritas territorialis etiam in Generalatibus, seu imperii feodis. Quam quidem videamus quoefō, qua ratione fuerint imperii ordines consecuti. Imperium inter et ordines sive Principes, perpetuam fere intercessisse luctam eo potissimum tempore, quod interregnū M. vulgo dicitur, maximam, relatum legimus. Otto IV. in diplomate an. **MCCIX.** *seditionē temporis et intran-*
quillitatem patriae iam commemorat, ³⁾ et Fridericus II. de longa
imperii perturbatione sua aetatis etiam queritur, qua multae ab-
usiones inoleuerint. ⁴⁾ Profecto imperium nostrum germanicum
post Guilielmi Bataui obitum, si paullo liberius loqui licet, inter-
mortuum quasi fuisse, certe animam egisse, eleganter docuit,
quem saepe laudauimus **STRYBENIVS.** ⁵⁾ Cocceiique atque Lu-
dewigii, magnorum olim nominum, sententiam satiis refutauit.
Enim vero omnes imperii germanici ordines, id temporis legi-
bus fere omnibus soluti, ac potentia inter se pares, mutuis dissi-
diis funestisque bellis patriam ita dilacerarunt, atque in ea peni-
tus vastanda ita occupati fuisse videbantur, vt nec legum, nec
iustitiae ullum constaret exemplum, quod vitam ciuilem sanam,
beneque constitutam, qualis secundum iuris publici vniuersalis
principia requiritur, indicaret. Equis est, qui dubitet, mor-
tem omnino ciuilem, anarchiam, sive regni interuallum, ibi esse,
vbi ciuitas morbo laborat adeo funesto, vt imperans imploratus,
summae eius imbecillitati aut nec possit, aut nec velit succurrere,
hoc modo cuius est licitum, suae ipsius caussae agere iudicem,
primo vnitioonis pacto hac ratione prorsus dissoluto. Statim enim
concidit omne imperii alicuius fundamentum, simul ac idea re-

lata

³⁾ Vid. **V. A. L. FERD. de G V D E N I Codex**
Diplom. p. 417.

⁴⁾ An. 1220. apud all. **G V D E N V M** l.c. p.469.

⁵⁾ In *Nebenfründen* T. IV. vom *Vorfprung*
der Landeshöfe.

lata maiestatis et populi obscuratur quasi, atque euanescit. Iam vero inter doctissimos fuit diu multumque haec quaestio agitata, num interregnū magnum, vti aiunt, sit suscitandum quasi, ac statuendum, an sepeliendum, prorsusque tollendum? At enim vero, si quid est in nobis iudicii, negari omnino non potest, tempore Guilielmi Bataui morbum iam penitus inclusum quasi in venis atque visceribus Germaniae resedisse, et tandem latius obscure serpentem, totum quasi corpus occupasse. Quotquot fuerunt, armis debellare alios flagrarent, et factum est omnino, vt ne ultimae quidem fortis hominum conspiratione et periculo respublica Germanorum careret. Non potest quidem hora ipsa, et dies indicari, qua imperium Germanicum coepit eiusmodi grauissimo morbo laborare; re ipsa tamen satis superque constat, crebris hisce hostilibus invasionibus ac turbis in terris mediatis, siue generalatibus, saepissime obortis, comites tam ex foris, ab Imperatore ipsis designatis, esse expulsos, quam cum reliquis cuiusuis mediatae prouinciae Ordinibus reluctantibus, esse sub potestatem Ducum redactos, deuictosque. Qui vero vt se te ab omnibus hostium insultibus tutos redderent, e re sua esse duxerunt, cum Ducibus pacta inire, atque hoc modo id consecuti sunt, vt Ordinum prouincialium iuribus atque priuilegiis ornati discederent; et hinc a foro isto, vbi comparere debent eiusmodi Ordines feudorumque possessores, Ducibus morem gerentes, nomen atque ortum traxerunt *Schriftsaffi*, quibus suffragia etiamnum licet in comitiis prouincialibus viritim ferre, quo iure ac priuilegio *Amtsaſſi*, quorum origo est recentior, minus fruuntur. 6) At enim, mirum videri posset cuiquam quaerenti, quomodo talis subactio fieri potuerit? Is vero non amplius mirabitur, si considerauerit, publicas imperii *Curias* iamiam exoleuisse, *curtas-*

6) Vid. LEYSERI differt. de *Land'affi*, de *Schriftsaffi* et *Amtsaſſi*.

que

que ac villas regias, in quibus imperatorum aula ad tempus habebatur, quam plurimas a reliquis dominalibus ita fuisse distraetas, atque alienatas, ut hanc etiam ob caussam Ludouicus Bauarus in terris, hereditate acceptis, sedem figere primus esset coactus. 7) Huc quoque accedit, quod, quum ad regendos continentosque in officio diuerorum populorum animos aut minus acriter intenti essent, aut parum commode peragrare prouincias possent Imperatores, cuiusvis territorii ducalis f. Generalatus incolae siue sponte sua, siue necessitate quadam adducti, nulla re magis sibi consultum iri putarent, quam si sese cum bonis suis Ducibus subiicerent. Quae quum ita sint, videri quidem posset, superioritas territorialis penes Duces fuisse, et re vera omnino fuit, et si non nomine ipso. 8) Etenim superioritatis territorialis nomen re ipsa est recentius, ab initio regalium, supremi dominii, sublimis iuris imperii, aliisque denominationibus, in tabulis publicis fuit expressa, nec omnibus istis summis iuribus ac priuilegiis, quibus hodie splendet, simul ac vbique fuit coniuncta, quae nimur singulari atque in unum magis, quam in alterum propensae imperatoris gratiae debentur.

§. II.

Rudolpho I. Imperatore electo, pax sequitur.

Quemadmodum omnium rerum certus est euentus, sunt denique certi fines; ita etiam post tot tantasque tempestates dulcissimam vitac tranquillitatem pacemque omnes flagitare atque

C

redu-

7) Conf. REVERI *Annales d. a. 1344.*
Et altera causa quare sedem figere coactus fuerit Ludouicus Bauarus, fuisse videtur Pontifex Romanus.

8) Praeclara itaque sunt verba HON THE.
mii in Hisp. Tres. T. I. p. 824. ita scriben-

tis: *significatione iustitiarum alterum tunc sc.*
Sec. XIII. *intendebatur in eam potestate seu*
superioritatem, quae deinde territorialis erat,
et appellata est. Crevit ministrum ordinum
Imperi superioritas territorialis occulto, ve-
lut arbor, aeuo.

reducere coeperunt. Quo pacto factum est, ut Rudolphus I. Habsburgicus comes, exclusis reliquorum ordinum suffragiis, in conuentu Francofurti ad Moenum, a Moguntino, more antiquo, indicto 1) a Ducibus crearetur imperator, qui id, quod Henricus VI. an. ^Mcxcv. in mente iam voluerat, 2) perfecisse, certe incepisse videtur. 3) Temporis enim euentus satis docuit; potestatem legislatoriam et iudicariam, siue regalia immanentia et transeuntia ordinum imperii esse a Rudolpho I. confirmata. 4) Ex quo etiam coepit consensus Electorum ad concedenda imperii feuda vsu venire, 5) et maiorum feodorum infundatio fieri modus acquirendi superioritatem territorialem, quae cum hereditatis iure, etsi inde usque ab ultimis temporibus repetieris memoriam, de iure nondum fuit coniuncta. Tandem vel ipsa iura, turbulentia ista tempestate, ante Rudolphi I. aetatem iam usurpata,

§. II. 1) Vid. LEHMANNI Chron. Spir.
Lib. V. c. 104. p. 551.

2) Conf. CAR. FERD. HOMMELI V.
Conf. et Am. Obiectam. Inv. Fed. obseruat.
14. §. 3.

3) Quam in rem, memoratu digna omnino sunt verba ALBERTI Argentini, quae ex PEFFINGERI ad Vitv. Ti. I. p. m. 161. hue transcribere licet: *Dux antea Danuviae, qui clarissimum uxorem suam ex Paue, Duce Brabantiae et ex matre de Hollandia natam, ob falsam oditum eius suspicionem discollante, pater post Ludonici IV. principis conuocans Burgmannum de Norimberg praesentem, et qui et ipsius Rudolphi exitit consobrinus, ait illi: Si Rudolphus prafatus promoveretur in Regem, quonodo effici ab eis lacrone securus? Habetne aliquam filiam, quam nubilus daret in uxorem? et illo afferente, quod Rudolphus sic habebat filias, et de danda sibi una sub omnium honorum suorum hypotheta, Duci concerte, Dux annuit Moguntino. Quid adiunctor Dux Saxoniae et Marchio Brandib. qui et ipsi non habebant ux-*

ret, receptis cautionibus de dandis sibi Rudolphi filiabus, similiter consenserunt. Et exinde ferme vetus Curiae Stilus, ut Principes ab Imperatore Obice appellentur.

4) Conf. omnino CHRON. COLMAR. ad an. 1273. P. 59. P. II. Collect. VRSTIS. Electores, ita sonant verba, *vobis significant, quod si voluntatis vestras nuptiis dave talibus dominis, in Regem vos eligent Romanorum. Qui sc. Rudolphus I. responderit: haec et QVAECVNQVE ALIA IMPLEBO. Habes itaque responsum, quia ad omnem rem omnino lucem qualitatis. Quare eriam ab acutissimis Principibus id obtinuit comes, quod siuista tunc reges, nimurum Alphonfus et Ottocarus affectarunt. Vid. L.F. de SEVILLIUS de memorabilibus in Elec. Rudolphi I. (diff. Götting, 1750. habita.)*

5) Exemplum huius rei notari dignum legitur apud MARTENIVM in Theb. Anecdota. Tom. I. p. 1132. 1161. 1190. Add. quoque PEFFINGERVS ad Vitriar. I. 162.

pata, omnisque regalium usus, ex pactis, cum imperatore initis,
 ita sunt Ordinibus concessa, ut etiamnum nullo modo possint in
 item vocari, quia iam acta transacta sunt omnia in Capitulationi-
 bus Caroli V. vsque ad nostra tempora, atque in primis in In-
 strumento Pacis Westfalicae Art.VIII. §. 2. hisce verbis: *Omnes et*
singuli Electores Principes et Status Imperii Romani in antiquis
suis iuribus, praerogatiis, libertate, priuilegiis, LIBERO IURIS
TERRITORIALIS TAM IN ECCLESIASTICIS QVAM POLITICIS
exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium possessione,
vigore transactionis ita stabilitate firmatique sunt, ut a nullo unquam
sub quoconque praetextu de facto turbari possint, vel debeant. 6)
 Quibus etiam respondet Capitulatio FRANCISCI I. Imperatoris
 Art. I. §. 9. et Art. XV.

6) Ita et delegatis priscis officiis publicis
 iudicariis factae demum sunt proprie digni-
 tates, ita ut hodie omnis origo titularum

Principum explicanda sit ex officiis et digni-
 tibus regni, nec non praefens confessus in
 Comitiis exinde possit illustrari.



P A R S. II

DE. SVCCESSEONIE. PRINCIPVM
IN. FEODA. IMPERII. CVM. SVPERIO-
RITATE. TERRITORIALI

§. I.

Feuda imperii diuidi inter liberos solebant.



Ex quo feoda facta sunt hereditaria, atque lieuit imperii Ordinibus ista, iure superioritatis territorialis, cum securitate atque tranquillitate possidere; mos inqualuit, iure hereditatis ea inter liberos singulos distribuere. 1) Obtinuit autem talis nonnunquam communio, vt natu maximus communis omnium nomine regimini praeesset, atque vnum saltē in comitiis imperii suffragium ferret, cuiusmodi regiminis exemplum per XX. annos Ernestus, Saxoniae Elector exhibuit. 2) Nonnunquam regimen ita fuit comparatum, vt fratres vices alternarent, vti Fridericus Bellicosus atque Guilielmus: aut, vt plurimum, aequis portionibus factis, istud inter se se diuiderent, vnde tot territoria mixta atque Principatus, quot sedes Principum delectae sunt, oriebantur, id quod exempla docent Ducum Saxoniae, Hassiae, Brunsuicensisque ac Megapolitani Ducatus etc.

Quae

§. I. 1) Conf STERONIS Annales ad an. 1290. nec non TRITHEMII Chron. Hisseug. 2) Auctore IO. SEE MULLERO Annal. ad an. 1485.

Quae quidem suffragia quum essent personalia, his potissimum diuisionibus factum est, vt numerus suffragiorum tunc temporis adeo mirum in modum cresceret. 3) Sie constat, post cladem Henrici Leonis, magnum potentemque Saxonie Generalatum a Friderico I. in VII. Ducatus fuisse distributum, 4) ita vt Saxonie Ducatus praecepue sic dictus, agro saltem constaret Vitebergensi Lauenburgensiique, quas duas portiones Bernhardi, comitis Ascianiae, nepotes 5) ita inter se diuiserunt, vt Albertus II. Electoratum Vitebergensem, Ioannes Ducatum Lauenburgensem acciperet, saluo vtriusque suffragio Electorali communi, quod Carolus IV. Imp. postea terrae Vitebergensi an. MCCCLVI. proprium fecit.

§. II.

Introducitur Primogenitura.

Feuda imperii vero eorumque potentia atque auctoritas quum huiusmodi diuisionibus regiminis, quod facile creditu est, adeo mirum in modum debilitarentur, vt ad parandam pacem ac salutem subiectorum publicam hand satis potentes essent principes; singularis Imperatorum gratia fuit, singulareque priuilegium, vt linealis quaedam primigenii successio introduceretur, quo fortiores essent ad Principatum suum coniunctis viribus tuendum. Quale nimurum ius Fridericus I. Imperator videtur in diplomate concessisse, cum an. M. ID. LVI. Austriam ex Marca

C 3

antea

3) Hodie vero non amplius conceduntur suffragia personalia sed illa iam de an. 1582. feodo immediato eiusque territorio inherant veluti realia. Vid. III. FÜTTERI *Staatsveränd. des Teutsch. Reichs* p. m. 297. Et GOTTFR. DAN. HOFFMANNI *Dissert.*

de suffragiis, quae Electores in collegio Principium habere possunt.

Conf. ALBERTVS *Stadens* ad an. 1180 p. 294.

5) Vid. MÜNCHNERI *General. Tab.* 152.

XXII

antea Bauarica ad Ducatus splendorem eueheret. 1) Neque minus constat, Maximilianum I. Imperatorem in Curia Wormatiensi Domum Würtenbergicam ex comitatu in Ducatum an. M. CCCC. XCV. extollentem, ius primogeniturae, quod Eberhardus I. et II. iam an. M. CCCC. XCII. pacto inter se se constituerant, per priuilegium singulare eis denuo confirmasse? 2) antea autem a Carolo IV. Imp. in Aurea Bulla c. XXIV. in Electoratibus secularibus primogenituram, cuius successio lege imperii nitens, legitima *κατ' ζεοντα* dicitur, 3) esse stabiliam, quis est, qui ignoret? Quod vero quum caeteri principes sapientissimo consilio atque e re sua maxime constitutum viderent; pari modo ad primogenituram in familiis suis per pacta introducendam animum applicarunt: 4) quae tamen, vt valorem haberet, agnatorum, eorumque, quorum interest, omnium consensu, et in primis Imperatoris, veluti domini directi confirmatione niti, vt infra pluribus demonstrabimus, omnino debebat. De primogenitura vero testamentaria si Doctores loquuntur, hac distinctione minus opus esse videtur; id quod ex sequenti paragrapho patebit.

§. III.

De iis, quae primogenituram validam reddant, requisitis.

Ius primogeniturae non agnatorum omniumque eorum, quorum interest, solum, sed domini directi etiam consensu niti debet. Sunt quidem, qui imperatoris confirmationem necessariam

§. II. 1) OTTO Frisingenf. de gestis Friderici I. Lib. II. c. XXXI. pag. 473.

2) Diploma Imperatoris extat in IO. TAC-
MOSERI Teutschen Staats-Recht, T. XIII,
pag. 224.

3) Qualis in primis Rudolpho II. Saxonie

Electorata est *specialis aurea Bulla Saxonica* vulgo dicta a Carolo IV. Natis d. an. 1357.

4) De pluribus huiusmodi in Germania pactis exempli gratia Comitum Holstriae an. 1390. fer. Dominus Bruns an. 1535. aliorumque, euolus quoefo GOLDASTVM de Ma-
verato Lib. II. Cap. XVII.

riam esse negent, inter quos saltem MOSERVUM, 1) LVEDEWIGIVM, 2) TITIVMQUE 3) nominasse inuabit; sed praeter multos alios ITTERVS, 4) PFEFFINGERVS, 5) SPRINGSFELDIVS, 6) non sine magna probabilitate contrariam defendunt sententiam. Rem licet nobis altius repeterem. Ob utilitatem quidem domini ipsius directi, minus necessaria esse eius confirmatio videtur: nam ratio ista, quae plerumque reddi solet, nimirum ut Imperator Ordines atque cives ad imperium tuendum satis potentes habeat, omnino est ieuna, quae propterea potius requiritur, quo tutius constantius Vasalli descendentes successionis ius, pactis constitutum, obtineant. 7) Etenim liberi, ius in feudum succedendi a primo acquirente, non vero a patre adepti, cogi non possunt, tanquam heredes, facta patris praestare; sed eis potius licet, aqualem semper ad successionem in feodum admissionem petere, nili iam primogenitura tanquam lex sempiterna fuerit ab Imperatore confirmata. Porro agnatorum et simultanei inuestitorum iura quum non pendeant a domini, vel legislatoris arbitrio; sequitur, ut successio pacto feodi primi acquisitoris sive beneficio, quod dicunt, communis manus, et conuentione quaesita, neque a solo domino directo, neque a solo Vasallo possit agnatis inuitis adimi. 8) Quare ius primogeniturae in testamento principis alicuius constitutum; fideicommissi speciem saltem habeat, necesse est, et quo minus hoc etiam a descendantibus eludatur;

omnes

§. III. 1) In Teutischen Staats-Recht P. XIII.
Cap. 64. §. 7. 8. p. 477.

2) In Comment. ad Ann. Bull. P. II. ad Tit. XXV. not. bb.

3) In Specimine Inv. Publ. Lib. IV. Cap. IV. §. 21. et 24.

4) De feodis Imperii Cap. XII. §. II. pag. 630.

5) ad Vitriarium illibfr. Lib. III. Tit. XX.
§. 40. n. a.

6) de Apanagia Cap. V. n. 59.

7) BESTIVS de pagis et statutis familiaribus
illibfr. Cap. X. §. 52.

8) II. Fend. XXXIX. Vid. etiam b. 10.
GODOFR. BAVERI dicit de Consolidat.
temporar. §. XXXIV. et XXXVL

XXIV

omnes, quorum interest, debent simul cum domino directo, consensum suum largiri. Id quod ut exemplo quodam illustretur; Iohannis Georgii, Ducis Saxon. Isenacensis testamentum an. M. DC. LXXXV. factum 9) atque a Leopoldo I. Imperatore confirmatum, apud LVDOLEVM videre licet. 10) Numne exinde patet, huiusmodi dispositionem patris magis esse pactum domus, quam testamentum? quod cum Germanorum moribus eo magis conuenire videtur, quo certius est, eis pacta familiae potius, quam Romanorum testamenta cognita, solitaque fuisse. Adeoque primogenitura est vel *legitima*, vel *pactitia*, propterea ab Imperatore confirmando, quod domino inuito subtrahi Vasallus nequit. 11) Exinde quoque sequitur, ut si quis princeps primogenitaram in feudo, eoque in territorio clauso alterius sito, stabilire velit; praeter domini directi, domini territorialis consensum necesse quoque habeat. Nam etsi Apanagium in terris e. g. Saxonice aliisque huiusmodi clausis, seruitutis quandam speciem habeat, quam vulgo *Auszug* in Saxonia nominant; seruitus tamen huiusmodi ad onera realia non refertur, nisi a iudice rei sitae fuerit primogeniture introductio confirmata. 12) At vero nec hoc silentio penitus est praetereundum, quod in introducenda primogenitura praeter agnatorum consensum imperatoris que confirmationem placita interdum Ordinum Provincialium non negligenda videantur, quos vero ob instituti utilitatem nunquam consensum suum esse retracturos, credibile omnino est,

quid?

9) MÜLLERO auctore *Annal. Sax.* ad an.
1685.

10) in *Apud. n. VI.* p. 219. *de introd. iur. primogen.* vbi *Fasc. II.* acta introd. *Domo Ser. Saxon-Gothana et Fasc. V. n. II.* p. 155. acta introd. in famil. fer. *Ducum Holstiae exhibentur.*

11) *Arg. II. Fend. LV.* Et quia intra annum et diem renovatio feudi peti debet; eo ipso iam tacite petitur domini directe approbatio.

12) Vid. 10. HEN. BERGERI *Öconomia iuris*, Lib. II. Tit. III. *de Scrinitate §. 1. not.* z. pag. m. 299.

quid? quod exemplis constat in diiudicandis de successione controuersiis Ordines Prouinciales, prout hoc tempore ortae primogeniturae fuerat reseruum, iudicium suum interponere posse. 13) Cuiusmodi generis sunt exempla Ducatus Brunsuensis et Lüneburgensis, in quem Magnus, Dux, primogenitaram an. M.CCC.LVII. introduxit, atque Holstiae exemplum, notatu in primis dignum, apud RANZOVIUM. 14)

§. IV.

De iure Primigenii dubio.

Primogenitura igitur introducta, atque ab omnibus agnatis et domino directo confirmata; primogenius iure proprio atque quae sito iam ab ipso natuitatis momento solus in feudum succedit, licet ante, quam istud acceptum esset, natus fuerit: quia in successione tempus mortis, non vero feodi acquisiti, quod etiam cum liberis ante natis, ex concedentis, et acquirentis consilio communicatur, considerandum est. 1) Natis autem gemellis, neque satis accurate obseruato, qui prior editus fuerit, momento, quine posterior; utrumque pro indiuiso in feudum imperii succedere, et ex horum liberis qui primo fuerit procreatus, cum primogeniturae ius sibi posse tribuere SIGELIVS affirmat. 2) Cuius vero sententiam rem haud tetigisse, quisque in-

D telli.

15) Vid. HOFFMANNI *Sammlung unge- drukter Nachrichten* P. I. pag. 190.

14) HENRICVS RANZOVIUS in *Cher-
fon. Cimbr.* apud WESTPHALEN *Rer. Cimbr.*
T. I. p. 5. de Holstiae Ordinibus Prouin- cialibus ita loquitur: liberam horum Duca-
catuum statut ex Regum et Principum suorum
filii, quemcumque velint, eligendi potestatem ha-
bent. Quod privilegium speciali quodam Chri-
stiani I. beneficio promulgatum ipsi est, cum

post obitum Ducis Adolphi, comitis Holstiensis,
ac Schwabenbergensis annuncii ipsius, sine hore-
bus extinti, in Ducem electus a Provinciali-
bus confirmaretur.

§. IV. 1) Vid. AVREA BULLA Tit. VII.
§. 2.

2) IO. GOTTL. SIGELIVS in libro, de
principiis iuris feudali Cap. XII. §. XXVIII.
p. m. 193.

telliget. Etenim regiminis consortium, et diarchia, certe ad tempus, hoc modo oriretur, quae tamen, nisi fuerit pacto fundamentali concessa, cuius principatu mortem insert ciuilem, planeque fugienda videtur. Quare gemellis e pueris egressis, factisque sui iuris, obligationis nimirum et imputationis capacibus, per sortem ius primogeniturae assignetur, neque Imperatoris arbitrium demum expectandum videatur, quia ius primo geniturae, iure iam stabilitum, immutari nequit.

§. V.

Qua lege atque conditione primigenitus succedit, eadem quoque obstrictus diiudicatur.

Successio feodalis est iuris acquisitio, quod defunctus Vallus ex pacto primo acquirentis in feodo habuit. Eiusmodi ius consecutus dicitur *successor feodalis*. Atque ex legis iusu ac voluntate secundum normam, in pacto primi acquirentis praescriptam, successionis iura obtainens, *legitime* in feodum succedit; ideoque primogenitum in viuenterum patris defuncti ius succedere, pariter ac in omnia iura aerarii, quiuis facile perspicet, et ut alius defuncti successor priuatus de iure ciuili; ita etiam principem successorem obligatum esse ad omnia onera, quae territorio realiter inhaerent, subeunda. Iam vero ex iure *publico* viuenteri ciuilli quum heres in viuenterum defuncti ius succedat, quoad ea saltem, quae a defuncto eiusque beneficio accepit, dubium videri cuiam posset, an princeps patris defuncti successor creditoribus Camerae debitum reddere, nomenque patris ac fidem liberare teneatur; sed primo non facile accidet, ut aliquis princeps nominis et gloriae avitae adeo negligens reperiatur, qui aces alienum a patre haud temere in rem suam contractum soluere recusat, deinde obligatus omnino est, ubi in feodium atque allodium sive patri-

patrimonium priuatum individua obtinet successio. Quibus rebus positis, omnia territorio annexa, cuius generis sunt palatiorum inuentaria, instrumenta belli, bibliothecae publicae, thesauri, ornamenta, aliaque ad solum primigenium pertinent.

§. VI.

Modus succedendi iure primogeniturae.

Primogenitura sive sit legitima, sive paclitia, quae ipsa simultanea investitura est, quam a natuitate potius, quam a morte patris pendeat, per §. III. prout hoc in **AVR. BVLLA 1)** de Electoribus est dispositum, fieri non potest, quin etiam ante patrem decedentis primigenii filius succedat. 2) Pro regula enim hoc notandum est: Vbicunque primogenitura est stabilita, ibi ipso iure linealis successio valeat, ac patruus a primigenii filio, primo loco nato, semper excludatur. Primogenio autem sine prole decedente, secunda linea, cuius nimurum caput frater est, cum suis posteris, et hac linea extincta, frater, tertiae lineae caput, succedit. Quodsi vero nullus frater, nec vllus superfit ab eo descendens; ad patrum defuncti recurritur, eiusque primigenium, et ita pari ratione secundum lineae propinquitatem successio in infinitum procedit, quae quo iunior est ita propinquitas, et quo longius stipes, vti vulgo dicitur, communis, a quo descendit, abest, eo remotior est.

§. VII.

Qua conditione primigenius iuri sui impotens fiat, disquiritur.

Quiescunque primigenius tali laborat vitió, vt successoris impotens pro mortuo sit habendus, qualis scilicet est sur-

D 2

dus,

§. VI. 1) Cap. VII. §. 2.

2) Vid. 10. GVL. ITTER. de fendif: Imperii Cap. XII. n. 23. Et ARNOLD. EN-

GELBRECHT. de successione Electorum ex iure primogeniturae §. XXXIII.

XXVIII

dus, mutus, coecus, mente captus, atque furiosus; a successione iure meritoque arceatur. 1) Etenim ea lege atque conditione feuda vasallo conceduntur, vt seruitia praefest, quae vero quum praefestare ea propter, quae diximus, vitia, minus possit, ad eius descendentes transferendum omnino est feodum. 2) Id quod in AVREA BVLLA 3) differtis edicitur verbis: *Primogenito soli ius et dominium competit in Elektoribus, nisi forsan mente captus, fatuus, seu alterius famosi et notabilis defectus existat, propter quem non debeat, seu non possit hominibus principari; in quo casu inhibita ei successione secundogenitum - volumus successorum.* Quae quidem Aur. Bullae verba, et si Electores tantum respiciunt; tamen nihil obstat, quo minus possint ob parem rationem ad Principatus quam commodissime applicari. 4) Id quod vero non extendendum ad eos videtur, qui post feodi successionem, feudi etiam Maioratus successionem consecuti, talibus vitiis labore incipient. 5) Caeterum omnia ex domini directi arbitrio pendent, qui eiusmodi impotentibus seruendi gratiam facere potest. 6)

§. VIII.

Renuntiatio iuris primogeniturae est personalissima.

Primogenitus quum lege succedat, iurum renuntiatio seu, vt verbis in iure feudali receptis loquamur, *refutatio feodi a principe hereditario facta, tantum abest, vt filium eius primogenitum tangat, vt potius abdicatio talis sit personalissima, quia ius primogen-*

§. VII. 1) Arg. I. Feud. VI. §. 2.

2) Conf. IUS PROVINCIALE Lib. I. Art. IV. quod in eo etiam consentit, vt servitorum incapaces a successione feudali repellantur. Sed ad dies virae accipere debent ex feodo alimenta; ideoque pro aere alieno feudi habentur.

3) Cap. XXIV. §. 3. Add. et LIMNAEVS ad Aur. Bull. c. VII. §. 2. obseru. II. et LVDEWIG. Comm. ad A. B. p. 477. seq.

4) Conf. III. IAC. GAEB. WOLFI Elem. Tur. feud. cap. XX. §. 22. p. m. 249.

5) Vid. II. Feud. XXXVI.

6) Arg. I. Feud. XXIV.

mogeniturae adeo firmis nititur fundamentis, vt nemini invito, ne a superiori quidem, possit auferri. Putet vero quispiam non facile accidere, vt de iure suo aliquis lubens cedat; attamen Ioannem Alchimistam, principem hereditarium, vitae priuatae tranquillitatem regiminis curis anteponentem, nulla subolis spe, Friderico II. fratri minori sponte sua cessisse ius in Electoratum Brandenburgicum succedendi, memoriae traditum est. Nullus enim principum heres esse defuncti patris inuitus cogitur, neque e contrario a iure in feoda imperii succedendi, primogenius potest a patre exheredari. 1) Hac nimirum in causa obseruandum est, quod ex lege competit, id ex alieno non amplius pendere arbitrio, primogenium vero quum constet, ius successionis non patris beneficio, sed pactis, Maiorumque prouidentia acceptum tenere; sequitur omnino, vt idem iuri heredis, minus consentientis, nihil detrahere, neque istud ad extraneum quemcunque transferre possit. Id quod quemadmodum iam generalia iuris ciuilis principia, ita etiam exempla ipsa comprobant.

§. IX.

De Apanagio et Paragio.

Liberi, post primogenium nati, successionis expertes, alimenta sive *apanagium* compensationis loco pro dignitate sua 1) accipiunt, quae scilicet est parata pecunia, quam primogenius, vel qui de linea eius superioritatis territorialis compos factus est, fratribus, eorumque familiae soluere debet, 2) cuius summa plerumque iam pactis Domus vti e. g. Saxonicae et Brandenburgicae etc. definita, ex aerario soluenda est, 3) etiam si apanagiatus

D 3

fatis

§. VIII. 1) Vid. *ALVDOLE de introd. iuri primogenit.* Part. Spec. §. I. n. 9.

2) *SAM. STRYCKII Exam. Iur. Fendalit.* pag. 204.

§. IX. 1) Vid. *NIC. BESTIVS de pactis et statutis famil. illustr.* Cap. VIII. §. 23.

3) *TIRAQVILLVS de iure primogen. qu. 4. n. 23.*

XXX

satis lautum habeat peculium, vnde vivere possit. Exinde simul efficitur hoc, vt nulla inofficiosa testamenti querela in imperii feodis locum habeat. Quodsi vero summa ista, nullis familiae pactis fuerit determinata, penes primogeniti quidem liberalitatem est, quantum pecuniae largiri velit; quem tamen, si iusto attentior sit ad rem, imperatoris est, ad officium redigere horlando, aut immorigero pro ratione reddituum atque dignitate, tantam apanagii summam iniungere soluendam, quanta portio legitima foret, si eam petere licet. 4) Etenim alimenta ex ipsa naturae lege liberis sunt praebenda, neque a patre in testamento denegari ipsis possunt, quid? quod vel liberis extra matrimonii fines procreatis atque a patre agnitis, quos vulgo naturales dicunt, eadem de causa soluendum est apanagium. 5) Quin imo primigenius et apanagiatus, si fuerint simul inuestiti, vt feudum haberent indiuisum; apanagiatus per inuestituram rei beneficiariae condominium utile insimul impetravit, quamvis ipso sit vi pacti a regimine abstinendum. Quae cum ita sint, apanagii summam, conuentione determinatam, veluti surrogatum condominium in re beneficiaria ob communem manum, vt dicunt, competentis, contra quemcunque vindicari posse, quis neget? Quaerat vero quispiam, quid? Si territorium aere alieno adeo sit obstrictum, vt non sit, vnde soluatur creditoribus, numne apanagiatus eadem cum creditoribus fata subire, ac pro rata tantummodo participari debet? neutquam. Nam si apanagium non ad ea pertinet, de quibus potest a debitore disponi; sequitur, vt nec ad massam concursus reiici possit, sed ante omnes omnino credi-

4) Vid. MOSERTI *Tenthscher Staats-Recht* Lib. III. c. 64. §. 16. sqq.

5) In primis tamen hoc loco obseruandum videtur, quod apanagium principum cum

TIRAQVELLO l. c. qu. 5. atque cum VASCVIO de juref. n. 221. 145. nullo modo licet metiri ex l. s. §. 7. de agnoscendis et alienis liberis vel parent.

crediteores apanagiato sit adiudicandum. 6) Ab apanagio differt *paragium*, quippe quod in eo est positum, ut quidam territorii tractus secundo genito in subfeodium a primigenio detur, ad alimenta ex illius redditibus capienda. Subinfeodatur igitur secundo genitus, cui eiusmodi tractus est assignatus, a primogenito, tanquam a domino territorii, penes quem est superioritas territorialis. 7) Nos quidem non ignoramus, non deesse, qui negent, paragiatum superioritatem territoriali esse subiectum, id potissimum urgentes, quod ipsa feodi essentia in fidelitate vasallum inter et dominum directum consistat, quae et inter pares locum inueniat. At enim quam plurima sunt, quae nos impediunt, quo minus ad eorum sententiam accedamus. Primo enim constat ex notionibus iuris publici vniuersalis, vbi voluntates, ut ita dicam, ac vires omnium vnius voluntati ita subiectae esse debent, ut sit omnium in unum eundemque finem vnio quasi, atque conspiratio, tanquam vnius personae moralis, quae scilicet voluntas maiestas, et quodammodo superioritas territorialis dicitur, ibi nullo modo posse duorum pluriumue voluntates locum habere, id quod tamen re vera esset, si paragiatus minus foret superioritati territoriali subiectus. Quisque enim perspicit, quidvis potius fieri posse, quam ut duo pares semper inter se fere consentiant. Atqui ex ipsa ciuitatis notione patet, vnam omnium voluntatem debe-

re

6) Vid. omnino I.O. GODOFR. BAVERI
differt. de primogenitura sine concessione superio-
ris ordinata §. XXXVIII. resp. WILISCHIO

7) G.E. MELCH. de LVDOLF de intred.
iur. primogen. Part. Spec. §. XII. n. 17. Est
ergo primigenius fratrum apanagiatorum pa-
rius ac paragiatorum index, ut vulgo dici-
tur, compensis. Vid. I.O. IAC. SCHMAYSI
comp. iur. publ. Lib. III. c. VI. §. I. It. GO-
THOFER. CHRIST. LEISER. de praediis
in Apanagium concessis n. 45. Imo ne apanagia-

tos quidem gaudens Austragiarum iure, re-
de demonstrat GOTTL. GERH. TITIVS in
specimine iur. publ. Lib. VI. Cap. III. §. 8.
Etenim apanagiati principes nullo gaudent
statu, ut vulgo dicunt, immediato; quare et
iam fieri non potest, quin in prima instauria
subintjuris jurisdictioni domini territorialis. Nec
Ordinationis CAMERAE Imp. verba P. II.
Tit. V. §. I. obstante, sub praefatio WAHLI
differt. de sententiarum summorum S. R. I. in-
dicatorum contra principes apanagiatoe executio-
ne §. XIV. seqq. bene docuit LEHMANNVS.

XXXII

re vnius voluntati esse subiectam; ergo sequitur sine omni dubitatione id, quod volumus. 8) Deinde accedit alterum argumentum ex iure publico particulari nostri Imperii ductum: per quod iura primogeniturae atque privilegia tolluntur, id locum habere nequit posse, quippe quae in imperio Germaniae sunt per pacta firmissime constituta. Iam vero haec omnia caderent, si paragiatus superioritati territoriali minus subesset, ergo exinde etiam certum fit, quod nos quidem affirmandum duximus. Id quod satis perspexisse Ioannes Georgius III, Elector Saxoniae videtur, quippe qui, quum Ducatus Martisburgensis, Leucoseptensis, Cizenfisque paragii instar dati fuissent filii Georgi I, et quidem hoc consilio, ut superioritatis territorialis iura iidem una exercerent; sumnam potestatem cum omni iure sublimi territorii sibi postea vindicaret. 9) Etenim obseruanda est haec regula: iurisdictione in feudum concessa, inferiorem tantum, non autem omnem intelligi L. 34. D. de Reg. *Iur.*

§. X.

De successione ex Maioratu, Minoratu, et Senioratu.

Quum supra iam extra omnis dubitationis aleam sit positum *primogenituram* ius esse, in bona defuncti succedendi, soli natu
maio-

8) Quod quidem argumentum simul contra eos militat, qui contendunt, iuri naturae repugnare ius primogeniturae, simulque naturali cuiusvis patris amori parum responde, cuius, ut QUINTILIANVS Declamat. V. xix: *par est in omnes liberos, endemque pietas.* At enim certum est, quan quod certissimum, iuris connati principia naturalia ad statum nostrum hyperthemicum, ubi falsus reipublicae priuatorum flagulorum commodis est anteponenda per pacta esse translati. V. HVG GROTIUS de iure belli et pac. Lib. III c. XX. §. VII. Et iam apud antiquissimos populos

in primis apud Hebraeos primogeniturae vestigia inueniri posse cum eleganter quadam docuit SELDENVS de successione ad L. I. Ebraeorum cap. 5. 6. 7. Et FRIDER. LVDOV. S. R. I. ILLUSTRIF. COMES IN SOLMS pererud. disserat. de Maioratu.

9) In Deductione int. de an. 1688. apud LÜNIG. in zeitlichen Reichs-Archiv P. Spec. Cont. II. Abtheil. IV. Abfch. 2. pag. 664. Conf. etiam CHR. GOTTL. WABST. Histor. Nachr. vom Cleverfürstenthum Sachsen pag. 3. §. IV. Sect. I. Cap. II. et seq.

XXXIII

maiori prae fratribus natu minoribus competens, et primigenio mortuo ad filium eius primigenium, nullo autem filio existente, ad collateralem primigenium pro linea proximitate transiens; oppido facile erit perspectu, inter ius primogeniturae atque maioratus magnum intercedere discrimen. Nam successionis ratio, qua sine reparationis iure, gradu propior succedit, cuiuscunq; sit linea, *majoratus* in specie vocatur. 1) Quodsi autem ante omnes descendentes aetate minor succedit, ille successionis modus, *minoratus* dicitur, 2) quippe qui haud vituperandus propterea videtur, quod natu maioribus plerumque minus possunt et commodis suis, et dignitati suae consulere. Vbi vero, vti in feodis ambulatoriis, ad solam agnatorum aetatem respicitur, cuiuscunq; sint linea aut gradus, *senioratum* appellant. 3) Quippe qui inter familias Domus Brunsvicensis, et Lüneburgen sis, Principumque Anhaltinorum atque aliorum quorundam adhuc obtinet. Oritur Senioris ius quam maxime ex Principatum diuisione, sive sit omnimoda, sive minus. Facta enim diuisione, semper in medio relinquuntur causae communes, totam familiam attingentes, veluti inuestiture, aliaeque, quae ad splendorem dignitatemque eius faciunt, quae et dirigendae Seniori familiae ea committuntur conditione atque lege, vt pro directorio commoda quaedam praeter reliquos Principes percipiatis, vti

E

Dux

§. X. 1) Vid. GOLDAST. de *Maioratu* L.
II. c. 5.

2) de CRAMER de *Minoratu in familis illiusfratribus*.

3) Vid. LÜNIG. corp. iur. ferd. Germ. P.
II. p. 372. Quia autem variis isti successionis modi distinguitur possint cognosci, hancce tabulam ponamus:

Tribus		
Caius †	Lælius †	Mucius
Meltha nat.	Paulus nat.	nat. 1760.
1761.	1759.	
Iam vero iure primogeniturae primo succedit Tilio, Meltha, iure Senioratus Paulus, iure Majoratus in specie sic dicti Mucius.		

XXXIV

Dux senior Seren. Familiae Ernestinae redditus praefectureae Oideslebiensis. 4)

§. XI.

De successione agnatorum atque de iis, quibus via ad successionem de iure est interclusa.

Quicunque primum feodi acquisitorem consanguinitate proxima attingunt, iisque masculi simultanei in Saxoniam coiuecti, atque ex legitimo matrimonio nati; veri nominantur agnati. Quoniam vero simultanea inuestitura solummodo est iuris Saxonum, minus autem Langobardorum; 1) ideoque ubi illa, extra terras iuris Saxonici, singulari pacto, coque ab imperatore confirmato, non est stabilita, ibi etiam necessario requiri non posse patet. 2) Quibus positis, sequitur arrogatos, adoptatosque propterea nunquam posse ad successionem in feodium de iure recepto adspirare, 3) quia a sanguine primi feodi acquisitoris non proficiscuntur. Etenim constat, arrogandi adoptandique ritum originem a Romanis duxisse, apud quos propterea haec confuetudo

4) Conf. IO. SEE. MÜLLERI *Annal. Sax.* p. 473. Notram quoque tententiam de directorio Senioris familie confirmando pacta atque statuta fer. familia ERNESTINAE. Huc enim respicit pactum divisionis d. a. 1485. art. und welchen Thoil etc. litterae restitutions Io. Friderici d. a. 1552. Item Recellus confraternitatis d. a. 1614. 1641. et inter Frideric I. Gothanum et Bernhardum auctoriter atque conditorem lineas Meinungensis. Porro Recellus divisionis d. a. 1681. art. XV. totiusque lineas Ernestinae Recellus inter Vipariensem lineam, Henacem, Gothanum Coburg, Meinungen, Römhildem, Eisenbergem, Hilperhusan, et Saalfeldensem, d. 13. Mart. a. 1696.

5. XI. 1) Neque illam redoler lex II. Fend. 12. Nam simultanea inuestituta iure Lan-

gobardorum sunt, qui feodum quedam indunsum, et in solidum possident; iure Saxonum autem simultaneae inuestituti, quod ad novum, hodie veri sunt condonati, sed sine possessione. Etiam eorum condominium in beneficium s. feodium commune tam diu quasi quiete, quam dia Protoufallum cum liberis in viuis adhuc est. Perrinent itaque feudi fructus ad Protoufallum, proprietas autem ad genitem vineratam.

2) Notandum vero est quod Principi Eleazarowi Palarino agnatoris ius atque simultanea inuestitura in Palatinatum superiore expresso concessum sit consummatumque Pace Westphal. Art. IV. § 5. et 9.

3) Conf. II. Fend. 26. §. 4. ITTER de feni dis Imp. cap. XIV. et i. g. WOLFI ELEM. iur. fendi. cap. X. §. VII.

tudo obtinuit, vt liberos in patriam potestatem acciperent. 4) Qui vero ritus' ab initio Germanis fuit incognitus. Medio autem aevo, quum mores Romanorum ac instituta Germanis innotescerent; aliquod etiam adoptionis genus inualuit, quod Romanae quidem adoptioni non admodum dissimile videtur, honoris tamen et religionis potius, quam patriae potestatis obtinenda causa factum est, id quod varii adoptandi ritus per baptismum, vel barba tacta, vel resecta, resecto capillo, per mitram, clypeum, hastam, aliaque arma comprobant. 5) Quodsi quis igitur a principibus imperii Germanici hodie adoptatur, vel arrogatur, ea conditione, vt ius simul succedendi in feodium imperii consequatur; opus est omnium agnatorum consensu, imperatorisque confirmatione; quo vero minus facto, talis adoptatus, vel arrogatus in alodium patris tantum adoptantis succedit. 7) Porro ex notione agnationis efficitur et hoc, quod, quicunque haberi in numero agnatorum velint, debeant esse liberi legitimi. Quaerat vero quispiam, quid fiat liberis, per subsequens matrimonium legitimatis, numne ipsis ad feodi successionem via aliqua pateat? Neutquam. Non ignoramus quidem **CVIACIVM** 8) **DIONYS.**
GOTHOFREDVM, PHILIPPVM, 9) **GAILIVM,** 10) **MYSINGE-**

E 2

RVM,

4) Sed et Romanorum adoptio ne sanguinis quidem iura adoptatis tribueret potuit. Irenium si legi curiata populus vel princeps adoptionem l. 39. D. de adopt. confirmavit; adoptatus quidem siebar heres frorum, nominis, bonorumque L. 35. D. de adopt. l. 6. et 10. D. de Senat. et sic legi iureque erat filius; sed ius sanguinis nobilitatis aquae dignitatis parris neutriquam ad eum transfuit L. 23. D. de adopt. quare nec adoptatus profuit patri ad ius trium liberorum pr. Init. de exc. ent. L. 2. §. 2. D. de vac. et exc. Mm. Quibus positis, imm. clara atque perspicua erunt verba Iustinianita sientis in pr. Inst. §. 8. de adopt. In plurimis autem causis

ad similitudinem sit, qui adoptatus vel arrogatus est, qui ex legitimo matrimonio natus est.

5) Conf. du FRESNE *Glossar.* Tom. 2. p. 105.

6) Vid. **ENGAVII Elcm. Inv. Germ. Lib.** l. §. 309. Pluresque adoptandi modos hominarios **FITHOEV S** Lib. I. **Adu.** c. I. et **MELLILLIUS obseruat;** Lib. III. collegurunt.

7) Multas omnino exceptions legis demonstrat **KNORRIVS** in dissert. de *successione ad adoptiorum in feodo.*

8) ad II. *Pend.* 26.

9) in dissert. de *successione legitimatarum.*

10) in *Observationibus.*

XXXVI

RVM, 11) CARPZOVIVM, 12) SCHRÄDERVM, HORNIVM, ITTE-
RVM que, 13) quorum iureconsultorum nomina atque auctorita-
tem apud nos multis locis plurimum valuisse, et valere adhuc
constat, a nobis dissentire; tamen tot doctissimorum hominum
auctoritates contrarias facile opponere possemus, quibus vero
omilis omnibus, quantum in nobis est virium, caussam ipsam
inquiramus. In Lege II. Feud. 26. §. 4. dissertis legitur verbis:
*Naturales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi
nec soli, nec cum aliis admittuntur.* Iam quum idem in A. BVLLA
fine vlla conditione atque exceptione edicitur; nostrum non est,
distinguere. Accedit et hoc, quod ex omni successionis Germano-
rum iuribus nitens genere pateat, quemuis legitimatum ab
ea prohiberi hereditate paterna, de qua disponere patri ipsi
non est integrum. 14) Efficitur etiam exinde hoc, vt nullus
huiusmodi filius legitimatus ad *Heergewettæ* successionem, neque
ad aliam quamcunque feodalem successionem, quae maioratu
et senioratu nititur, admittatur. Tantum itaque absit, vt pri-
vatis legum interpretibus licet sibi ipsis arrogare legislatoris
auctoritatem, vt potius ad legem præscriptam, eamque per se
evidentem, tam diu interpretationes suas attemperare debeant,
donec alia lege priori contraria, aut specialibus familiae pactis,
iisque ab imperatore confirmatis, huiusmodi liberos, per subse-
quens matrimonium legitimatos, ad feodi successionem admit-
tendos esse, fuerit constitutum. Dominus enim directus agnati-
que sunt rerum suarum moderatores atque arbitri, quibus in-
vitis, et minus consentientibus nullus obtrudi potest vasallus
cohe-

11) etiam in obsernat.

12) Part. III. Conf. XVIII. def. 17.

13) Cap. XIV. §. 2.

14) Vid. HEINECC. *Iur. Germ.* Lib. II.
§. 227.

colieres. 15) Non quidem nescimus, in Saxonia Electorali quan-
dam esse constitutionem ineditam, 16) *Ordinationi Politicae* 17)
derogantem, qua per subsequens matrimonium legitimati in
feodum etiam antiquum admittendi censemantur, vbi tamen re-
scripto principis clausula succedendi aut feuda acquirendi *salvo*
liberorum legitimorum iure, vel alterius tertii, annexa legitur.
Quae vero priuatorum iura non esse cum iuribus imperii confun-
denda, ita est in aprico positum, vt disputatione non egat.

§. XII.

*Liberi ex-disparagio nati a feedo imperii regulariter
arcentur.*

Inde usque ab ultimis temporibus si repetere memoriam
velimus; videbimus sane, nihil magis fuisse odiosum, matrimo-
niis inaequalibus. Sic lege II. duodecim tabularum, tab. XI.
iam cautum legimus: **PATRIBVS. CVM. PLEBE. CONVBVI. IUS**
NEC ESTO. 1) Nihil enim Romani potius, nec antiquius dux-
erunt, quam eadem habere majorum monumenta, iisdemque
vti sacris, et matrimonium cuius Romani cum peregrina initum
pro illegitimo fuit habitum, 2) quia connubium solius cives
Romani cum ciue Romana fuit. 3) Hunc in modum **SENECA:** 4)

E 3

Pro-

15) II. *Fend.* 17. At enim ex **CAPITVLAT.**
FRANCISCI I. *Art.* XI. §. 10. huiusmodi
conveniens fere nunquam expectandus vide-
tur, quia nullum Imperii feodium hoc modo
aperiretur.

16) **CONSTIT. INED.** XVII. d. a. 1572.

17) **ORDINAT. POLIT.** an. 1543. Tit.
von denen aus der Rittergeschäft, welche Kin-
der auf der Ehe zeugen, und ihr Lehnsguth
auf sie erben wollen. Et **EDICT.** d. a. 1550.
Tit. mit verdächtigen und leichtfertigen Weib-
personen soll niemand Hanßbalten.

§. XII. 1) *Conf. CHR. GODOFF. HOFF-
MANNI historiae iur. Rom. Inflaminacei, Vo-
lum. sec. p. m. 277. Lipp. 1726.*

2) *Vid. DIONYS. HALICARN. in fin.
Lib. X. pag. 674.*

3) *L. 3. D. de incestis nupt.*

4) *Lib. IV. de Benef. c. 35. Et ex Teren-
tii Comoediis Graecorum contant paria ex-
empla. Add. SIGONIUS de ant. iur. Civ. Rom.
Lib. I. c. 9. in I. G. GRAEVII Theb. Ant.
Rom. Tom. I.*

XXXVIII

Promisi tibi filiam in matrimonium, inquit, postea vero peregrinus apparuisti: Non est mihi cum externo connubium. Cuius quidem legis antiquissimae rigor lege Papia Poppea aliquatenus fuisse temperatus videtur. Et denique hoc dandum est Iustiniani erga Theodoram amori, quod viris senatoriis cum scenicis mulieribus permitta, atque contra graues temporum antiquorum mores defensa fuerint matrimonia in lege 23. vlt. C. de Nuptiis, et si cam legem non Iustiniano, sed Iustino potius attribuendam esse satis docuerunt Iureconsulti. 5) Similiter apud Germanos, constat, nihil fuisse amabilius, nec quicquam copulatius, matrimonio clypearum ordinisque similitudine coniugato. Factum hinc est, vt isti imparia matrimonia tanto persequerentur odio, 6) vt omnia, quae legitimorum matrimoniorum iura atque priuilegia fuerunt, iis omnino denegarent, 7) quid? quod ne impune quidem contrahi poterant, auctore ADAMO Bremensi in Hist. Eccles. Lib. I. c. 5. ita scribente: Quatuor differentiis gens illa, Saxonum, consistit, nobilium scilicet et liberorum libertorumque atque seruorum. Et id LEGIBVS firmatum, ne villa pars in copulandis coniugiis propriae fortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat vxorem, et liber liberam, libertus coniungatur libertae, et seruus ancillae, si vero quispiam hominum sibi non congruentem et genere praestantiores ducat vxorem, cum vitae suae damno componat. 8) Quae quidem Germanorum maiorum nostrorum instituta, patr.

trii-

5) LUDEWIG. in Iustiniano c. 8. §. 10. n.
6) HOFFMANNVS Hist. Inv. Vol. I. P. I.
Lib. II. c. I. §. 2. BRVNQVELL. Hist. Inv. P. II. c. I. §. 16. not. b.

7) Vid. ESTOR de odio in matrimonio inaequali.

8) Ita enim REGINO ad C. N. 878. de LUDOVICO III. Imperatore resert: ha-

buit autem, cum allone innenis aetatis flore polleret, quandam praelam nobilem, nomine Anigeram, sibi coniugii foedare copulatam, quam tamen pacifica iussu patris rediugere coactus fuit.

8) Cui et assentitur CONRADVS Vespergenfus in Chronico ad an. 913.

trisque mores 9) ad nostra vsque tempora peruenierunt, atque quoad imperii ordines sancta, inviolataque adhuc seruanda sunt. Sic nostra aetate princeps, non nisi cum principe, matrimonium inire potest. Si vero extra dignitatis ordinem atque clipeum matrimonium est contractum; neque vxori dignitas mariti, neque liberis ea competit iura publica, quae alias a parentibus in eosdem deriuantur, 10) sed secundum iuris Germanici paroemiam: deteriorem sequuntur conditionem, neque patris dignitas in subolem disparagio procreatam cadit. 11) Constat quidem, tritum illud Germanorum: *Partus sequitur deteriorem conditionem*, apud ciues nostros priuatos iam diu abiisse in desuetudinem; sed a ciui- bus priuatis ad imperii ciues immediatos, quaenam est argumentandi ratio? Ex Imperatoris quidem auctoritate patris dignitas liberis ex disparagio natis attribui potest: Id quod ex controversiis ob disparagium Caroli Friderici, Principis Anhaltini cum Charlotta Nüsslerin, 12) Eduardi Fortunati cum Maria de Eiken, Iodoci filia, natis, aliisque quam plurimis appetet: At tantum abest

9) Vid. TACITVS de Mor. Germ. c. 25. Neque mirum est, si in Annalium Pithomorum supplemento apud FETRYM LAMBE- CIVM Tom. II. comm. in bibl. Vindob. c. 5. ad an. 838 p. 355. dubitauerit Carolus Crat- sus, per se fieri posse, ut successorem regni Bern- hardum filium illegitimum constitueret. Plura- que alia quae hinc spicant exempla in me- dium proferunt IVST. HEN. BOEHMER. in Iur. Ecclesi. Protest. P. II. Lib. III. tit. II. p. m. 169.

10) Quod enim iam in lge Alemannorum cap. 57 a DAGOBERTO II. confirmatum est, inde usque per omnem historiam imperii probatur exemplis. Neque sane vltus erit, qui nesciat, nouiori etiam tempore Reinhardum, Comitem Hanouise implorasse Rudol- phum Imperatorem, ut liberos cum vxore nobili de Minzenberg processos eucheret ad comitum honores. Vid. WALDSCHMID

diff de S. R. G. Imperii Comitum Austriae (Marb. 1716. habens). Etenim per generatio- nem, in se spicentem, pater subolem in dis- paragio nunquam apud Germanos nobilitat. Par quoque ratio est, si vxor primi Ordinis marito nubat inferiori, ut Iuliana princeps Hassia equiti de Lichtenstein. Eques enim ad superiorem nobilitatem non refertur.

11) Vid. IUS SAX. PROV. C. 20. et IUS SVEVIC. PROV. c. 4. In Landgravius Ha- fiaco-Darmstadiensis liberis ex nobili fe- mina de Spiegel natis, dignitas comitum ad- iecta sicutem fuit; et ex historia specialissima Ducatus Württemb. liberis Comitissae de Spoo- nec nunquam Ducis titulum concessum fuisset constat, ut taceamus exemplum Com. de Ballenstaedt. Vid. FABRI Statis-Cosmicy T. LIII. p. 425.

12) Vid. HÜENERI Tab. Geneal. 231.

abest, vt eiusmodi liberi ad dignitatem patris ab imperatore elati successionis in feudum imperii, suffragiique iure in Comitiis fruantur, vt potius eorum legitimatio stricti sit iuris, strictaeque interpretationis. Exinde efficitur, vt fieri non possit, quin saluo tertii iure, 13) saluoque subiectionis iurisque territorialis nexu, facta fuisse intelligatur legitimatio. (Per §. antec.) Iam vero, et si acta imperii diurna a partibus nostris stant; tamen non desunt, qui in alias partes discedant, modum legitimacionis, principum disparagia, omnesque in vniuersum Germanorum cauissas publicas, ex iuris Romani modulo metientes. Sed quis iurium ele-
ganter peritus in cauissis publicis Germanorum interpretandis,
ad Romanorum ius civile priuatum, vel canonicum, semper
confugiet, tanquam ad tripodem? Quid enim exinde aliud fieret,
ac vt summa imis, et quadrata misceantur rotundis, ac sae-
piissime vel ieiuna, vel aliena a scopo, in medium proferantur?
Etenim quum boni interpretis sit, mentem atque sententiam
legislatoris, ex ipsis verbis, ac consilio indagare; non est,
quod dubitemus, rationes earum legum, quae cauissas matrimo-
niales Principum attingunt, ex iure Germanico solummodo esse
cognoscendas, atque diiudicandas. 14)

§. XIII.

13) IACANTONII VLRICI B. Duciis Meinungensis FILII Ser. ex Philippina Caeiarini nati, per Conclusum Imp. Conf. Ad. d. 25. Sept. 1744. et per Sententiam trium Collegiorum Rationis, d. 24. Jul. 1747. Imperatori nostro inuictissimo FRANCISCO I. propositam, canque ab eo per decreum Aulae, confirmatam, invitis agnatis hand succeedunt. Habetus enim iam postum fundamenta etoriis Imperii in CAPITVE. Caroli VII. et Francisci I. Art. XXVII. §. 4. cuius verba ad-
tentibere necesse videatur: Noch auch fallen zu-
wollen wir denen aus pflichtig notorischer
Mishagrath erzeugten Kindern einer Stände
des Reichs, oder aus selchem Haus entsprossenen
Herrn, zu Verkleinerung des Hanse die Va-

terlichen Titel Ehren und Würden belegen,
vielweniger dieselbe zum Nachteil der wahren
Erfolger, und ohne deren besondere Einwilligung
für ehenkäßig und Successionsfakt erklaren.

14) Quodlibi itaque Dux ex Comitum Or-
dine uxorem in matrimonium ducit nullum
habebit disparagium, quia ex antiquissimo
Germanoru[m] tempore Duces et Comites per-
sonae fuerunt illustres T A C I T de Mor. Geru.
c. 13. Ideoque fieri non posuit, quin in quo-
dam Ser. Domis Brandenb. p[ro]c d. 1707.
illa rursum matrimonia pro inaequalibus ex-
prefte declararentur, quae cum feminis digni-
tate et Ordine Comitis inferiorum inita sunt.
Quod quidem postum exhibet III. STRUBEN.
in Nebenstanden P. III. p. 543.

§. XIII.

Quando liberi, ex disparagio nati, succedant, quaeritur.

Quemadmodum hoc solius Imperatoris est proprium, ut omnes Principum, Comitum, atque Baronum, in imperio, dignitates largiri possit; eum, oppido perspicuum est, liberis etiam ex disparagio natis posse dignitatem patris conferre. Sed tantum absunt, vti supra §. XII. iam monuimus, eiusmodi liberi, ad patris dignitatem electi a iure in feodum imperii, quod pater Vasallus possederat, succedendi, vt iis potius tantum liceat in bona patris allodialia, quae cum iure primogeniturae non sunt indiuisim connexa, succedere. De successione enim in feodum imperii quocunque, si sermo est; utriusque successoris parentes pares gerant clypeos, necesse est. Id quod exemplum Ser. Domus Meinungensis, nostra aetate notissimum, probat. Quodsi autem huiusmodi liberi, ex disparagio nati, in feodum imperii succedere debeant; requiritur, ut omnes, quorum interest, agnati, 1) et ad quos feudum iure successionis pertinet, uno animo, vnoque ore, non habita plurimorum suffragiorum ratione, 2) con-

F

sen-

§. XIII. Ita Henricus, Illustris, Marggravius Misnenfis, genuit cum uxore tercia de Maliz, Fridericium filium, qui vna cum matre dignitatem principalem eamque cum spe in territorium succedendi obtinuit a Rudolpho I. Imperatore. Sed quoniam Imperator solus sine agnitorum consensu hoc facere valde non potuit; Fridericus in diplomatis arque monimentis, quae in ANT. WFCKII Chron. Dresd t. m. 105. et 157. exhibentur, iunctorem filium Henrici, Marchionis Misnenfis, sese scripti, materque eius, reliquam Marchionis Misnenfis in subscriptione se nominavit. Quod si ab hoc exemplo Rudolphii I. Imperatoris discessero; nullum aliud præterea in omni historia legere memini. Opponunt quidem plerumque, quod Io. Caroli, Comitis Palatino Birkenfeldensis liberi cum Estherā

Maria de Witzleben procreati per sententiam in Concilio Imp. Aulico latam, legitimari fuerint in vim successionis. At enim contra exempla maiorumque instituta feodium hoc fuisse, negari nequit; et utrum tempore belli tricennialis fuerit factum; tamen quia iniustum fuisse effectu caruit, donec agnati suo consensu in suum id redderent, quod iniustum ab initio fuit. Vid. LÜNIGII Reichs Abhch. P. Spec. Cont. 2. p. 956.

2) Oriebantur controversiae de successione in territorium post obitum loachimi, Ducis Holstato-Ploenensis. Etsi enim Rex Danieæ cum reliquis successionem Friderici Caroli annuerat; tamen illam imperrare non potuit, quam diu unus repugnans agnatus Dux

da

XLII

sensum suum ab imperatore tanquam domino directo simul confirmatum, largiantur. Quo pacto quis est, quā liberis, ex tali matrimonio natis, ius in imperio feudam succedendi deneget? Nolumus in praesenti hanc rem, qua nihil evidenter, certiusque est, pluribus exemplis illustrare; sed tantum monere, quod neque Imperator siue dominus directus solus, neque sine huius consensu Vasallus solus, possit contractum feudalem mutare. Etenim ex ipsis rei natura patet, quod, quicunque obligacionem, quam perfectam vocant Philosophi, inter se se constituerunt, eam sine mutuo consensu dissoluere nequeant, L. 35. et 75. D. de R. I. Iam vero, et dominus directus, et vasallus, initio contractū feodali obligationem perfectam inter se se constituerunt; ergo eam sine mutuo consensu neque dominus directus solus, neque solus Vasallus dissoluere possunt. Pacta sunt seruanda. Seruare autem pacta nihil aliud est; nisi praestare, quae sunt promissa, neque obtrudere alteri iniusto, ad quae non est obligatus. Et quēm ad modum iam naturae lex praecepit, neminem esse laederendum; ita quoque iure feodali cauetur, ne illi ius suum quæsitum ex pacto, maiorumque prouidentia competens, denegetur; quod vero nonne fieret, vel solo domino directo, vel solo vasallo contractum feodalem mutante?

§. XIV.

De iis, qui ex matrimonio, Lege Salica contracto, nascuntur, pauca monentur.

Ex supra iam dictis, pariter atque ex iurium comparatione siue analogia, qui sapit, facile intelliget, quid sit indicandum de

de Redwisch vixerat. Et exinde perspicuit, quid sibi velint verba STRUBENI in Nebenfunden P. III. p. 551. dicentes, in procellu possefforio principalem dignitatem Carolo Friderico ab Imperatore suffice denegata; postea vero in peritio adiudicata.

de iis, qui ex matrimonio morganatico, s. ad Legem Salicam contracto, nascuntur, vbi' nimis maritus coniugem inferioris conditionis siue sit equestris, siue ciuici ordinis, ea lege atque conditione in matrimonium dicit, vt et vxor talis, et proles, ex ea procreata, dignitatis hereditatisque paternae plane expers, certa bonorum parte, pactis definita, sit contenta. Cuiusmodi matrimonii ratio ex ipsis pacti indole, atque ex iure Germanorum examinanda est, atque diuidicanda. Etenim falso publica nonnunquam postulat, vt princeps tale ineat matrimonium, vt vxor, liberique inde nati, accepto dono nuptiali, vel alias proutibus, ipsis assignatis, contenti, omni patris dignitate publica excludantur, neque in feodum imperii, neque in alias eiusdem terras succedere possint. Quod quidem tantum abest, vt sit iniustum, vt potius tam in ciuium, quam liberorum prioris coniugii, vel etiam agnitorum commodum propterea fiat, ne post principis mortem ingens liberorum numerus pro dignitate patris non sine immensis sumtibus sit alendus. Quae quidem causa potissimum esse videtur, quare huiusmodi coniugii morganatici non pauca illustriora exempla in rerum gestarum monumentis relata legantur. Ita enim Ferdinandum, Ferdinandi II. Imperatoris secundogenitum, cumque Aultriae Archiducem, constat, cum Philippina Welseria e tali matrimonio morganatico procreasse Carolum, et Andream, Burggrauiorum Sueuicorum nomine appellatos, 1) porro Fridericum I. Victoriosum, Electorem Latinum, Claram de Tettingen ex ordine equestri coniugem sibi adiunxit, vnde Comitum Loewenstein-Wertheimensium proficiscuntur natales. 2) Neque minus memoriae proditum est,

F 2

Caro-

§. XIV. 1) Vid. Com. de BRANDIS in
tyrol. Einenkranz p. 209.

2) Conf. TOLNERI hisp. Polat. p. 67.
HÜBNERI Tab. Gen. 158.

Carolum Ludouicum, Electorem quoque Palatinum praeter 3) vxorem principem e Ser. domo Hassiacę, equestris dignitatis virginem Ludouicam de Degenfeld, ob suavitatem morum, atque elegantiam stili latini maxime conspicuam, in matrimonium sibi adiunxiſſe, atque liberos exinde natos *Rauhgrauios* fuisse nominatos. Exinde efficitur, quum matrimonium morganaticum verum omnino fit iustumque coniugium, mutuo consensu in omnem vitam contractum; tribuendam patri esse omnem in lib-

ros

3) Idem constat de *Philippo Magnanimo*. In diversas quidem partes scanduntur Theologi et iureconsulti de hac subtili quæſione: an non principi licita sit polygymia simulantea? Noitram debamus explicare sententiam de hanc quæſione, quatenus de iſuſectione hominum liberorum nobis effagendum, et quatenus per ius naturae licet, non vero quatenus hoc per codicem S. cauetur, et omifſis omnibus auctoritatibus, quarum haud paucas ab I. A. C. F. R. I. D. L. V. D. O. V. I. C. I. M. d. o. d. o. t. r. i. n. P. a. n. d. e. f. a. r. p. m. 422. commemorantur, ſpius rei rationem inquiramus, atque indolem. Omnis autem, vt cum Cicero loquuntur, que a ratione ſuſcipitur de aliqua re instituto, debet a definitione proficiunt, vt intelligatur, quid sit id, de quo diſputatur. *Contingiam* eft ſocietas inter virum et mulierem, liberorum procreandorum et educandorum cauſa inita. Haec ſunt de eſſentia coniugii. Nam quod faluo huius fine accidit, naturae coniugionem repugnat, fierique potest vt vniſ vir cum duabus etiam mulieribus meat ſocietatem, ad prolis generationem, qualem Iacobus cum Lea et Raheli init. Nam vero quicquid leges permittunt, ſue quicquid faluo fieri potest legibus, non potest non esse licitum. Quare ſui temporis teſte A. V. G. V. S. T. I. N. O. de doctriña christiana Lib. III. c. 12. inculpabilis fuit coniugatio vñrorum plurimū ſunt habendarum. Cui etaffentur I. O. S. E. P. H. V. S. A. N. T. I. Q. H. I. S. T. XVII. 1. dicens: πάτερος ἐν ταυτῷ πλεοντος οὐδὲ εγωντος μοι nobis patrins cor dem tempore plures habere uxores. Sunt vero, quae in ſe felicitati hominum haud repugnant,

ino proſunt; poſta tamen certa hominum conditione iis noceant, idque ſit homines singulos ſpecies, ſue ſocietatem vniuerſam. Quicquid ergo in ſe eft licitum, poſto quodam genere humano ita, vt vulgo dicunt hypotheticō, potest fieri illictum. Quamuis itaque polygymia in ſe non sit illicita, in ob sterilitatem a Deo ipſo Iacobō ad terram Canaan incolis replendant permifſa; quum ratione ſit comparata humana ſocietas, vt vel ſolertiaſiſtis paternofamilias ex vna vxore ſuſcipiant ſobolem vix bene educare, curare, ſatisque abunde conſeruare atque nutritre poſſit; in tali curta hominum ſuppellecī ſane illicita, idque iure ciuilis, habenda eſſe debet polygymia. Enim vero in eo quam maximè conficitur prudentia ciuilis legislatoria, quae eft prudentia legum iuri diuino conſentanearum, ad ſtarum ciuitatum accommodandarum. Nam variarum ciuitatum admodum diuerſa eft indoles, er leges naturales, quae admodum generales ſunt, ad ciuitates tam varias et tam diuerſas indolēs accommodare, prudenter iubet modis per quam diuerſis. Et haec quoque eſſe ratio iuri divini N. T. videatur, ad quam legislatores humani vitam quoque ſtam eo lubentius attemperant ut bonum preſebent exemplum, ad quod ciues ſubiecti ſe fingeret queant atque accommodare. Et quin in toto imperio Germanico Christiana religio floreat, ni tens Codicis S. edictis, per quae felicitate id, quod per ius naturae permifſum fieri, liminatur ac determinatur, polygymia omnime eft illicita.

ros potestatem, ac liberos, si mater fuerit ex generosa stirpe, torque maiorum imaginibus, quot scilicet requiruntur, conspiciua, ad Capitula f. dignitates ecclesiasticas, imo ad hastiludia esse admittendos. Ideoque egregie errabit, qui hoc coniugium morganaticum cum concubinatu vnum idemque esse, atque huiusmodi liberis opprobrii aliquam notam adhaerere sibi persuasum habeat. Quam quidem preeconceptam opinionem non ignoramus ex Romanorum fontibus profluxisse, eo in primis tempore, quo Romani inciperent moribus ac institutis Germanorum latina nomina dare, re itaque non satis intellecta, factum esse, ut matrimonium morganaticum latina voce concubinatus redderent. At concubinatus Romanorum longe aliter se habuit. Hic enim legitimis nuptiis non fuit contractus, 4) imo, si discesseris a solemini dotatione, 5) aliisque praeuiis nuptiarum solemnitatibus, quae omnia concubinatu defuerunt, vagus potius, isque temporarius fuit coitus, maximeque dissolubile societatis vinculum. 6) Quantum concubinatum inter ac matrimonium morganaticum interfit, haec quidem iam latissim indicant; sed sunt etiam alia quam plurima. Primo enim ex iure ciuili furti postulari poterat concubina; vxor vero non nisi rerum amotarum. 7) Porro de coniugibus dicitur diuortium, minus autem de concubinatu. Denique in coniugio adulterii accusatio locum habere poterat, non autem in concubinatu. Ideoque quod matrimonium Principum morganaticum verum iustumque, per omnem vitam consortium, a Romanorum concubinatu toto quasi coelo

F 3

diffe-

4) L. 3. §. I. D. de Concub.

5) arg. I. 3. de iur. doct.

6) Quare etiam concubinatum a Iustiniano quidem permisum, penitus exulare iussit Leo Philosophus Nov. XCII.

7) L. 2. D. rer. amot. et I. si concub. D.

eod. Vid. etiam IO. GOEDDAEI Comment. repet. praecl. ad L. 144. D. de Verb. et rer. signif.

XLVI

differat, tam enidens est, ut nihil evidentiū esse possit. 8) Sed si fortasse quispiam ex iis, quae diximus, cogeret, liberis, ex tali coniugio morganatico suscepis, succedendi in imperii feodum esse potestatem; facile erit ex ipso coniugii huius pacto refellendus. 9) Principes enim Germanici, in primis, qui Protestantes vocantur, etiā in causis matrimoniorum, praeter Deum, nullum agnoscant iudicem humanum, quia ex instrumento Pacis Westphalicae 10) omnibus legibus humanis, causas matrimonii attinentibus, longe superiores habentur; sunt tamen in tribus adhuc caussis, successionem in territorium spectantibus, inferiores. Legibus enim Imperii, quibus eorum libertas quodammodo circumscrribitur, ita praeceptum, vt primo, si verum sit matrimonium; confessio thalami sit facta: 11) vt secundo, liberi si velint ad successionem pertingere; ordinis aequalitas inter vtrisque parentes intercedat; vt denique liberi morganatici ex pacto patris cum matre inito, successionis sint expertes: et vt imperator in tribus hisce caussis sit omnino iudex agnoscendus.

§. XV.

De successione in Allodium.

Declaratum iam a nobis satis superque videtur, quinam ad successionem in feudum admitti, quinam prohiberi ab ista debent.

8) Et quoniam homines in primis plebei adhuc sunt imbuti principis iuris Canonici, secundum quae matrimonio afferuntur; ideoque solemnis ritus et benedictione sacerdotali hos matrimonium morganaticum coniungunt Principes, ne postea eis concubinatus species affingatur.

9) In vulgata quidem editione II. *Fend.* 26. c. *fili nati, ita legitimi: Fili nati ex ea uxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum est, ne filii ex ea nati, pari ab intestato succedant, IN FEUDO SUCCEDEUNT.*

Sed *BITSCHIVS* ad b. l. male omnissim esse particulam negotiariam, bene obseruant.

10) Art. V. §. 48. verba sunt: *intra terminos territorii circumscriptione, in Dioecesanum et iurisdictione ecclesiastica se continent.*

11) *Ita SPECULATOR SAX. Lib. I. art. 45. Sit tritt in sein Recht, wenn sie in sein Beste tritt. LVDEWIG de matrimonio per procuratorem. Vid. etiam V. C. EISENHART. In Iust. Iur. Germ. Lib. I. Tit. XII. §. XI. p. m. 78. seq.*

beant. At non desunt interdum, praeter feodum, bona, de quibus feodi possessor liberam habeat disponendi facultatem, atque in quae de iure ciuili, more priuatorum, successio locum inueniat, quo in genere allodia in primis sunt habenda. Vnde hereditas, praedia ciuilia, libera possesso, sunt allodii nomina, rem eadem significantia. 1) Bona allodialia quam proprio et hereditario iure, plenoque dominio possideantur; 2) dubium non est, quin pro lubitu, ac vario modo transmitti in aliud possint, et quin successio, pariter atque exhereditatio in iis, quemadmodum inter pri-
vatos secundum ius ciuale iustinianum, valeat. Qua vero a con-
fuetudine, feodalis succedendi ratio, quae in eo est, ut defuncti
vassalli liberi, iique ex legis voluntate masculi, atque ex matrimo-
nio legitimo nati, exclusis arrogatis et adoptatis, primo suc-
cedant; deinde agnati et simultanei investiti, tandemque domini-
nus directus, longissime recedit. Quoniam itaque allodium ad
causas Principum priuatas, atque domesticas pertinet; liberi ab
intestato succedentes, aequales, sine discrimine sexus, accipiunt
partes. Et exinde appetit simul, negari posse, quin liberi prin-
cipis naturales, legitimati per subsequens matrimonium, arro-
gati et adoptati 3) filii filiaeque coniugii morganatici, in bona allo-
dialia, atque hereditaria, succedendi ius habeant. Quae enim
omnia, quum huiusmodi sint naturae, ut a testatore vel in ex-
traneum, sine domini directi consensu, transferri possint, quid
est, quod impedit, quo minus in liberos, iam dictos, transfe-
rantur? 4) Atque ita etiam in iure Langobardorum obtinet,
ut allodium semper a feudo distinguatur, quando heredes adsunt
allo-

§. XV. 1). Vid. SCHILTERI *Ius Feud.* cap. II. §. 5.

2) II. *Fend.* 45.

3) Arrogationem confirmare debet impe-

rator, adoptionem vero ipse Princeps confirmare potest coram sui regiminiis iudicio, quippe quae dignitatem adoptati non auget.

4) Vid. STRVY, *de allodii Imperii* p. 464.

XLVIII

allodiales. In quibusunque vero Germaniae principatibus separatio ista feudorum ab allodiis minus est recepta; ibi ab hoc Langobardorum principio omnino receditur, 5) neque prius allodium a feodo separatur quam fuerit stirps mascula prorsus extincta. Obseruandum ergo est, vbinam primigenii successio in allodium atque feodum imperii sit indiuidua, quippe quae a plerisque hodie affirmatur. 6) Cuius quidem rei recens extat comitatus Limburgensis exemplum; mortuo Comite Limburgensium ultimo, separata demum a feodo sunt allodia ita, ut Borussorum Rex iure expectatiuae feodum, filiae autem Comitis ultimi superstites allodia acciperent.

§. XVI.

Feminarum Principum successio in feoda est subsidiaria.

Quemadmodum apud plerosque Germanorum populos moris fuit, terras occupatas, quas dicimus prouincias, inter fortissimos, belloque quam maxime strenuos viros distribuere, ne virtus premiis quasi inuitata, ullum pro patria periculum subire recusaret; ita quoque ad nostra vsque tempora obtinuit, ut feminae quibus quasi circa pectora torperet sanguis, a successione in feuda tam publica, quam priuata, excluderentur. 1) Etenim si ab ultimis temporibus repetieris memoriam, constat inter omnes, stipendorum loco, pro seruitiis concessâ fuisse feoda, agrosque, prouincialibus ademtos, inter milites sub onere militandi distributos fuisse: quales nimurum terrae apud veteres Gothos, Vandulos, atque Burgundiones, fortis nomine veniebant,

5) IDEM I.C. §. LX. Et FRID. CAR. BV-R 1 Teutonicus Lehrerecht. Part. I. p. 412.

6) Vid. BAVERI diff. de primogenitura fine consensu sup ord. Lipsi. hab.

§. XVI. 1) II. Feud. II. et 36. in fin. IVR. ALEMAN. FEVD. C. I. et IV, IVR. FEVD. SAX. C. II.

bant, quo in genere terram Salicam a Francis fuisse habitam, ap-
paret. 2) Postea quam vero nummi, quos solidos bracteatos
vocant, vñi venirent; factum est, vt isti militibus stipendii, seu
soldae loco soluerentur, vnde Germanorum vox *der Sold, Soldat*,
vti alia vocabula germanica c. 9. *Lehn a Lohnen*, descendere vi-
dentur. Quae quidem feoda quum inter alia ad conseruandas
potissimum familias spectarent, 3) feminae autem initio coniugio,
e familia in alias domos, tanquam in colonias, exeentes, ob
vteri ferendi, ac purperii incommoda, quibus sexus muliebris
potissimum est obnoxius, ad bellum pacisque negotia, maribus
minus haberentur idoneae; consultum vñsum fuit mares quo-
dammodo feminis anteponere, 4) easque non nisi maribus de-
ficientibus, subsidii loco ad successionem in quaedam imperii
germanici feoda, atque territoria admittere. Quid igitur mirum
est, si in talibus feodis femininis eo potissimum tempore, quo
fortior armis deuincere debiliores studeret, feminis haud fuerit
permisum, inscio domino directo, matrimonium inire. Perinde
enim domino directo esse non potuit, qualis esset maritus, qui
feminae loco, tanquam legitimus eius curator, seruitia praestaret.
Quam igitur ob caussam relatum legimus, Henricum Imperato-
rem connubium Beatricis, cum Godofredo Lotharingico, quo-
cum gesserat simultatem, adeo male tulisse, vt parum abesset,
quin Beatricem feudo priuaret. Quibus tanquam praeftationis
loco positis, ex ipso iure feodali demonstratum ibimus, quoduis
feodium, tam publicum, quam priuatum, ob seruitia praestanda,
esse tam diu pro masculino habendum, donec ex litteris aliisque

G

tabu-

2) Ex Tit. 62. §. 6. *Legis Salicae*, apud
BALVZ. T. I. col. 321. quae in primis hic
spectant verba, sunt: *de terra fiducia nulla por-
tio hereditatis mulieri veniat, sed ad virilem
femina tota terra hereditas pertinet.*

3) Vid. FORSTER. *de successione*. Lib. IV.
cap. 23.

4) *I. Feud. 15. et II. Fend. 26. et 36.*

L

tabulis publicis possit doceri contrarium. Ita enim comparata rerum humanarum indoles est, ut, quod plurimum accidat; id semper esse putemus. Omnia feuda habent quasdam res, quae sciungi ab ipsis non possunt, aliasque contra, quae saltem cum eis conueniunt, nec necessario cohaerent, et pleramque feudi *naturalia* dicuntur. Vbi feudi tam *essentialia*, quam *naturalia*, adsunt, *feudum proprium* appellatur. Seruitiorum praestatio quum ad naturam saltem, quam in iure feudali vocamus, non autem ad feudi essentiam pertineat; oritur, si partes contrahentes quoad seruitorum praestationem per pactum a feudi natura recedant, *feudum francum*, quod impro prium est. Etenim legibus feudalibus ita est cautum, ne villa feuda in se esset impropria, sed semper per pacta constituta: et quum nihil facile in rerum natura reperiatur, de quo non licet pacisci, obligatione nimirum antecedente, quid est, quod impedit, quo minus de natura feodi, salua tamen eius essentia, quod ad successionem attinet, ita licet pacisci, ut et masculus, et femina succedat? Quare feodium ad feminae etiam successores transiens, *femininum* dicitur, et feodium a femina primo acquisitum, *femeineum*, quod nunquam non *femininum* est, sed non vice versa, propterea quod feminae feodum primo acquirenti integrum est, pactis ita constituere, ut posteri eius tantummodo masculi, in feodium succedant. Cuiusmodi generis ex historia constat, Burgundica et Lotharingica feoda esse feminina, 5) pariter ac feoda Geldriae, Luxemburgi, Flandriae, Hollandiae, Zelandiae, Zutphaniae que 6) quid? quod in Ducatu Westphaliae, et Comitatu Arensbergensi, ita obtinet, ut etiam feminae agnatis anteponantur remotione.

5) Conf. OTTO Friburgensis, Lib. II. de gestis Friderici II. Imp. c. 29.

ment. in Geldriae etc. consuet. feod. Tit. III. c. I. n. 18. p. 52.

6) Vid. FRIDERICI & SANDEN. Com-

motoribus. 7) Quae quidem aberrationes ab usu, siue exceptiones, sunt omnino ex pacto primi acquirentis, atque ex litteris inuestigaturae diiudicandae, 8) et feodum quocunque in tantum est pro regulari habendum, in quantum regulae mutatio probari nequit. Imperatorem constat filiae aut viduae superstiti, ex liberalitate quadam atque pro conditionis ratione, fiscum defuncti per aliquot annos nonnunquam permisisse fruendum, vnde dotem et alimenta quasi sumeret, sed num quis exinde recte colligeret, Saxoniam esse feodium femininum, quia Alberti III. an. M. CCC. XLII. mortui vidua Sophia, ex singulari imperatoris gratia id fuit consecuta, vt per quinque annos redditibus Saxonie frueretur? neque minus inepte argumentaretur, qui Electoratum Palatini ad Rhenum feodium francum propterea diceret, quod nonnunquam ob nimias belli devastationes, ab oneribus imperii aliquandiu fuerit immunis. Ab eo enim, quod non sine causa idonea a communi via recedit, egregie erraret, qui ad omnia argumentari vellet. 9)

G. 2

§. XVII.

7) teste i. UNIGIO in corp. iur. feud. Germ.
T. I. p. 1471. seq.

8) Ita Principes Austriacos in diplomate Friderici Imp. d. a. M. C. LVI. ex singulari priuilegio obtinuisse auctore i. o. IAC. MASCOVIO de iure fendor. cap. X. §. XI. n. 2. constat, vt, si Dux Austriae sine herede filio decederet, idem Duxatus ad seniorem filiam, quam reliquerit, deuslatur. Iam vt exemplum ponamus: Fridericus Augustus Saxoniae Elektor Marianus Iosepham, Iosephi Imp. filiam natu maiorem in matrimonio habuit, et Carolus Alberto Elektor Bau nupis Maria Almalia Iosephi Imp. filia acetate minor. Quod si itaque vniuersa Mariae Thereseae Imp. Austracissimae profapia, vt exempli loco dicam, fuerit extincta; terrae Austracae ex pacto feo-

dalis inde atque singulari Friderici I. Imp. priuilegio ad gentem Saxoniam recidunt, et deinde ultimo loco ad Bauarios. Nam successio feminarum in feoda eaque subditaria non de omnibus linea, sed de linea admissa ita est capienda, vt femina in linea admissa masculos in alia linea existentes excludat illi. Feud. 50. Et ita quoque i. o. COWTL SIGELLI verba Iur. Feud. c. 12. §. 10. p. m. 182. seq. explicanda mihi videntur, quibus vero C. F. HOMMELIUS V. C. meusque olim praeceptor omni honoris cultu protegundus non assentitur in Libro: academische Reden ad MASCOVII I. Feud. adscripto p. m. 312.

9) quod patrum obseruauit laud. SIGELIUS
I. c. cap. XII. §. XIII. p. m. 184.

§. XVII.

De successione Principum clericorum in territoria,

Clericorum fors atque conditio quum temporis tractu ab antiqua sua natura, in Codice Sacro expressa, longe recesserit, et quum Clerici a seculari militia per plurima secula abhorrentes, in ore semper habuerint: ecclesiam non sitire sanguinem, arma clericorum esse orationes, fletus, et lacrymas, et quae sunt alia, a GRATIANO 1) atque alibi collecta, hodie vero potestate seculari simul praediti sint, id quod qua ratione fuerit factum, non attinet hic amplius inquirere; facere non possumus, 2) quin de successione principum clericorum leuiter agamus. Etenim non sumus nescii, Viros, nostrae aetatis litteratissimos, scissos fuisse in diversas sententiarum partes, quando fuit de successione Clericorum quaestio, quia ius Langobardicum clericos aditu ad successiōnem feodalem intercludit, 3) ius autem Germanicum cum appetit. 4) Vnde non defuerunt, qui putarent, clericos quidem in feoda secularia, priuata, non vero in publica simul succedere posse, alii vero irent in alia omnia. Iam vero inficias ire non possumus, hunc ritum iuris Langobardici etiamnum in Italia obtinere, feodum seculare siue sit publicum, siue sit priuatum; attamen nihil

§. XVII. 1) In c. I. 2. 3. 19. C. 23. q. 8.

2) Ex rerum enim gestarum memoria ipsa iam satis atque abunde confit, qua ratione clerici a veteri disciplina desexerint, ita ut hodiensem clericum principem in Clerico vix amplius reprehendere licet. A Ludouici Pii tempore originem Principatus Clericorum in Germania deduci posse, et ab illis in primis temporibus, quam a Comitum et Ducum potestate exsisterent clerici, ipsa historia nos docet, cuius vestigia supra cap. T. §. III. Sub Ludouico Pio leuiter indicavimus. Vid. IVST. HEN. BOEHMERI *Ius Ecclesiast. Profect.* P. II. Lib. III. Tit. XX. p. m. 89r.

3) II. Fend. 26. 30. et 36.

4) Vid. IUS SAX. FEVD. cap. II. IUS FEVD. ALEMANN. Cap. IV. et IUS PROV. SAX. Lib. I. Art. 23. Causas tamen, ne hoc loco sub clericorum nomine comprehendas Monachos, quippe qui in monasterium ingressi ex regula omnia amictum bona arque ornamenti familiae, et pro ciuiliter mortuis habentur *Antibent*, ingressi de S. S. Eccles. Nov. V. cap. 5. et CXXIII. c. 35. ad quas RITTERSHVS. Comment.

nihil obstat, quo minus clericos feoda secularia acquirere posse statuamus, posteaquam in Germania feodi regalia acceperunt. Magnae quidem auctoritates in primis 10. PETRI A LVDEWIGII Cancellarii olim celeb. possent sententiae nostrae opponi, quippe qui, Vasalli cuiusdam filio canonico euadente, clericatum antea esse deponendum affirmaret, 5) quam in feodum, etiam patris, secularis successio locum habere posset. Contrariam vero sententiam quum tuitus esset GEBÄVERVS 6) III. nostris laudibus longe superior; Ludewigius pluribus exemplis, vndique congestis, sententiam suam defendere annixus fuit. Res quidem extra omnem controuersiam esset posita, si in AVREA-BULLA 7) Principibus clericis omni feodo seculari fuisset interdictum: qua tamen quum id tantummodo sit cautum, ne princeps clericus in Electoratum secularis succedat, priusquam ab ordine clericorum sese abdicasset; nullo modo a nobis impetrare possumus, quo minus statuamus, clericos posse in feodum imperii secularis, praeter Electoratum, succedere. Exceptio enim, vt vulgo dicunt, in causis exceptis, firmat regulam. Et causas similes si liceat inter sese componere, constat, atque extra omnis dubitationis aleam est positum, omnes ordinum religiosorum equites, pariter ac canonicos, in feoda secularia succedere, 8) ea tamen

lege

5) Vid. LVDEWIGII comment. ad A. BVL-
LAM. T. I. p. 682 cuius sententiam vberius
explicatam legimus in eius differt. de clericis
exule successione in feoda et Principatus S. R.
I. in qua differt. omnem curam arque cogi-
tationem in hoc contulit Ludewigius, ut mul-
tis exemplis obseruantur in Imperio esse
probaret, qua clerici in feoda secularia suc-
cedere nunquam possent, nisi antea clericatus
fuerit depositus.

6) In notis ad SCHILTERI Inst. iur.
feud. Cap. V. §. XXIV. lit. a. et postea in

Promulside de CCCC. annorum vsu, ob quem
Ludewigius clericos in feoda succedere non pos-
se, opinatur.


7) Tit. VII. §. 2. c. XXV. §. 4.

8) II. Feud. 21. 26. pr. et 109. Ita apud
Protestantes canonici e. g. in Saxonia Elec-
torali ex Constitut. Elct. 28 P. III. et pari in-
re vasalli filius, isque clericus priuatus in
feodium patris succedit. Idem de fidei Im-
perii affirmat ITTER. Cap. XIV. §. 23.

lege atque conditione, ut tanquam alii vasalli seculares, in foro seculari comparere debeant. Nam dignitas personae a ratione feodi plane est sciuncta, nec clericus, qua talis, sed quatenus est vasallus, et princeps secularis, spectatur. Et vt paucis dicam, quicunque bona secularia, siue sit clericus, siue secularis, a seculari domino in feodum recipit, semper est ad seruitia militaria, aliaque, quae cum iis sunt connexa, obligatus. Iam vero his, quae diximus, opponi posset clericorum Pontificiorum character indelebilis, quem vocant. Sed hoc nihil ad feodum. Nullus enim clericus, qua talis, praefstat seruitia militaria; sed hodie praefstantur omnia per substitutum, daturque symbolum ad sustinendum militem perpetuum. Quae quidem omnia a domino directo per ipsam inuestituram sunt tacite concessa, nec impedit character indelebilis, quo minus possint feodis, etiam ecclesiasticis, priuari. 9) Nos enim, si de feodis clericorum principum philosophari velimus, non possumus non eos, tanquam Principes seculares spectare, adeoque quod non expressis imperii legibus de iis est constitutum; verisimillimum videtur, de iis idem valere, atque de aliis Principibus secularibus, ideoque a via longissime aberrare videntur, qui de iuribus eorum secularibus, ex notione clerici, quemadmodum in codice sacro exprimitur, disputare velint, quia clericus hoc modo cum dominio, esset σιδηροξυλον siue contradicatio, quam vocant philosophi, in adiecto.

6) Exempla huius rei comm. in BILDERBECK Teutschischen Reichs - Staat, p. 706.





ULB Halle
005 355 311

3



Farbkarte #13



Pa. C. 25.
Pub. 3. num. 11.

DISPV TATIO. IN AVGVRALIS
QVAESTIONES. CONTINENS. SELECTAS

DE

ORIGINE. PRINCIPVM. EORVM
QVE. SVCCES SIONE. IN. TERRITORIVM
IMPERII. GERMANICI

QVAM
DEO. DANTE
RECTORE. ACADEMIAE. MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO
D O M I N O
FRIDERICO. CHRISTIANO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO. BORVSSIAE
SILESIAE. DVCE. REL. BVRGGRAVIO
NORIMBERGAE. REL.

EX. DECRETO. ET. AVCTORITATE
ILLVSTRIS. IVRE. FCTORVM. ORDINIS
IN. ALMA. FRIDERICIANA. ERLANGENSI

PRO
SVMMIS. IN VTRO. QVE. IVRE. DOCTORIS
HONORIBVS. IMMVNITATIBVS. AC. PRIVILEGIIS
LEGITIME. OBTINENDIS

SIBI. DEFENDENDAM. PROPOS VIT

AVCTOR
CHRISTOPHORVS. DANIEL. PRAETORIVS

COBVRGENSIS

1763,3

ERLANGAE. d. XX. Sept. MDCCCLXIII

COBVRGI. IMPENSIS. FINDEISII

